



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Dispvtaiones Theologicae

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

Martinon, Jean

Burdegalae, 1644

Dispvatio XII. Quid, & qualis, & quotuplex sit scientia Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73898)

est necesse vt Deus decernat illud eligere: neque propterea est imperfectus, si non decernat creare creaturas, vel modum eas regendi si eas crearet, posito quod statuerit nunquam creare; quodque tale decretum sit futurum otiosum & inutile respectu talium creaturarum nunquam producendarum ex mero Dei beneplacito. Denique Deus necessarium scit quicquid est scibile, ex hypothesi quod est scibile; sed non decernit necessarium quicquid potest decerni.

Veritates
conditionatae non
sunt inde-
pendentes
à Dei vo-
luntate.

Ad tertium: Nego sequelam maioris propositionis. Quamuis enim dentur plurimae veritates creatae, independentes à Dei decreto praedeterminante (quod decretum repugnat causis liberis) non sequitur dari vltimam veritatem creatam siue absolutam, siue conditionatam, independentem à Dei voluntate. Semper enim in huiusmodi verita-

tibus subintelligitur, & includitur ex parte obiecti, Dei voluntas ponens causas creatas in esse, & in talibus circumstantiis, absolute aut conditionate, & concursura cum illis ad operandum, vel permissura vt tali modo operentur. Ex gr. quando dicitur, si Christus Tyriis praedicasset, egissent penitentiam: sensus est, si Deus Christum ad Tyrios misisset, & cum Christo ad illuc eundum & praedicandum Tyriis concurrisset, iuissetque Tyrios ad agendum penitentiam, tum auxiliis praeuinentibus, tum etiam concomitantibus & concurrentibus, vt conuerterentur; egissent penitentiam. Et cum dicitur, si Petrus poneretur in tali occasione, peccaret: sensus est: si Deus Petrum crearet, & illi talem occasionem offerret, vel offerri permitteret, fineretque eum vt sua libertate, non deficiendo muneri causae primae; Petrus peccaret.

DISPUTATIO DVODECIMA

Quid, & qualis, & quotuplex sit scientia Dei?

Sectio I. De natura, & proprietatibus scientiae divinae.

Sectio II. An ratione distinguatur in Deo praescientia futurorum, visio praesentium, & memoria praeteritorum?

Sectio III. Quotuplex sit scientia Dei? seu de variis eius diuisionibus.

Sectio IV. De Ideis diuinis.

Sectio V. Refutatur quadam opinio contraria.

Sectio VI. Respondetur aliis Aduersariorum argumentis.

Sectio VII. Vtrum scientia visionis sit causa rerum?

Sectio VIII. Probatum amplius vera sententia.

Sectio IX. Soluuntur argumenta contraria sententiae.



MA TERIAM huius Disputationis tradit Sanctus Doctor artic. 4. 7. 8. 15 & 16. quaestio 14. & tota quaest. 15. Ac primo loco docet scientiam diuinam non distingui realiter ab ipsa Dei substantia: quia in Deo, actu simplicissimo, nullo est forma, quae sit aliud quam suum esse. Vnde sicut ipsa eius substantia est illi species intelligibilis: ita ipsum eius intelligere est eius esse, & eius esse. Secundo, scientiam Dei nullo modo discursiuam esse; quia simplicissima perfecta intelligit, vnico actu realiter, & simplici, atque aeterno. Quare non est in Deo multitudo cognitionum, quarum vna succedat alteri, vel sit illius causa. Tertio, scientiam Dei esse causam rerum, adiuuata voluntate.

quia Deus causat intelligenter & liberè. Quarto, scientiam diuinam esse planè inuariabilem: quia est idem cum ipsius substantia planè immutabili. Quinto, scientiam Dei partim esse speculatiuam, vt circa seipsum: & partim practicam, vt circa res alias quas facit aut permittit. Sexto, præexistere in Deo rerum omnium ideas: quia Deus non casu & temerè, sed per intellectum operatur ad similitudinem formæ in mente sua præexistentis. Cum autem in mente diuina sint propriæ rationes omnium rerum, sequitur esse in Deo plures ideas, non vt plures specie realiter distinctas, sed vt plura objecta vnico actu reali intellecta: quod non obest Dei simplicitati. Porro idea secundum quod est principium effectiõis rerum, exemplar dici potest, & ad practicam cognitionem pertinet. Secundum autem quod principium cognoscitiuum est, dicitur propriè ratio, & potest etiam ad speculatiuam scientiam pertinere. Hæc D. Thom. quæ sequentibus sectionibus exponenda sunt.

SECTIO I.

De natura & proprietatibus scientiæ diuinæ.

1. Scientia Dei est actus simplex.

CONCLUSIO: Scientia seu cognitio diuina est actus realiter simplex, & improductus, & identificatus essentia, omnia simul attingens ex æternitate, immutabiliter, & inuariabiliter, etiam prout terminatur ad objecta maximè mutabilia, & variabilia: vnde etiam quicquid cognoscit, ab æterno, & in æternum perpetuò cognoscit. Idque etiã sine vilo discursu formali, siue secundum successionem actuum, siue secundum causalitatem vnus in alium. Ratio conclusiõis ex simplicitate, æternitate, & infinitate perfectissima intelligentiæ diuinæ, sumi debet. Quia enim Deus simplicissimus est, eadem entitatem simplicissima est quicquid est, & cognitio etiam, atque intelligentia sui ipsius, sine reali productione, que nisi inter res distinctas esse nequit. Quare Deus non est intelligens per modum actus primi physici, & potentie realis ad actum secundum producendum: licet ratione concipi possit per modum intellectus in actu primo, præscindendo ratione intellectum, velut actum primum, ab intentione, velut actum secundum, maximè in ordine ad intellectiões contingentes, quæ vt sunt, possunt non esse, & earum loco potuerunt esse alia.

2. Scientia Dei est tota ab æterno.

Secundo, quia Deus est æternus, & in intelligendo perfectissimè infinitus seu illimitatus, attingit ab æterno, & vno intuitu comprehendit omnes veritates cognoscibiles. Sunt enim omnes, quantum est de se, cognoscibiles ab æterno, nec per se postulant diuersitatem, aut successionem realem cogniti-

tionum, aut mutationem per accessum aut diminutionem. Ideoque comprehensio illa diuina perfectissima tota æterna est, sine vlla diminutione aut mutatione sui, attingens obiectum omni modo quo sine futuro aut præterito ex parte sui, sed tantum ex parte obiectorum, & diuersorum temporum ipsi coexistentium. Tertiò, quia in Dei scientia nulla est actuum distinctio realis, quæ quæ repugnat eius simplicitati: non est in illa discursus formalis secundum causalitatem, id est progressus ab vno actu ad alium, vtilationis ab illo causatum: sicut in nobis notitia antecedentis est causa notitiæ conclusiõis. An verò sit discursus in Deo virtualis, & tota perfectio discursus nostri sine illius imperfectionibus, patet ex dictis alibi. Item quia in Dei scientia nulla est successio cognitiõis: quippe qui ab æterno intelligit omnia perfectissimè & inuariabiliter, neque progressu temporis crescit aut vilo alio modo mutatur intrinsecè ipsius cognitio: non est in Deo alia species discursus, quæ dicitur secundum successionem, id est, transitus simplex ab vna cognitione ad aliam ei succedentem, sine causalitate. Quæ omnia clariora fient solutione difficultatum sequentiũ.

Primo enim obijcitur. Si intelligentia & cognitio diuina est actus simplex, identificatus substantiæ, ergo quatenus Deus intelligit seipsum, idem est realiter cognitio & cognitum. At hoc fieri nequit. Nam omnis intelligentia, seu cognitio, est expressio intellecti seu cogniti. Nihil autem potest esse sui ipsius expressio & representatio: quia vnumquodque ad se relatum, est idem, & non simile: ergo nihil potest esse cognitio sui ipsius, sed in se cognitionem & cognitum debet semper esse distinctio.

Respondeo, falsum esse generatim quod omnis intelligentia sit formalis expressio

Non omnis intellectio est formalis: presertim obiecti.

STINO
US
VI
U.

obiecti, sufficit enim esse virtuales. Potest autem vnum & idem realiter esse representatio & expressio virtualis sui ipsius, quod etiam fit in creatis, quoties aliquis format conceptum generalem conceptus, in quo ille particularis obiectiue includitur & representatur. Qui enim concipit conceptum in communi, concipit conceptum suum in eo inclusum. Alia quoque multa sunt, quae inuoluunt seipsa ex parte obiecti: ut haec voces, signum, dictio, vniuersale, intelligibile, significabile, & similia, quae sui ipsorum signa sunt, quatenus ipsamet in suo totali significato inuoluuntur. Nam & signum est signum, & dictio est dictio, & vniuersale est vniuersale &c. Est autem semper diuersa aliquo modo ratio cognitionis, & cogniti: & sicut in exemplis allatis alia multa inuoluuntur in totali obiecto, praeter ipsamet inuentia: sic & in Dei cognitione. Nam essentia diuina est intellectus, & voluntas, & omnipotentia, & alia innumera, quae cognoscuntur omnia; & non sunt ipsa cognitio formaliter. Neque Deus tantum intelligit se intelligere; sed etiam se velle, & posse, & se esse substantiam, spiritum, & alia plurima, quae non sunt intelligere. Multa etiam intelligit quae non vult, aut non potest, ut impossibilia; neque habet potentiam in seipsum, licet seipsum intelligat. Vnde obiter collige latius patere intelligentiam diuinam, quam voluntatem, & saltem profectiuam, & quasi omnipotentiam: quamuis vtraque sit infinita. Denique id commune est omnibus actibus intellectus reflexis in seipsos, ut licet sit sui ipsorum obiectum, non tamen se non praesupponant, propter indistinctionem. Nec verum est vniuersim omnem actum cognitionis supponere naturam prius obiectum suum, eo modo quo obiectum est; cum sapissime obiectum & actus in idem re coincidunt: interdum etiam actus fabricatur obiectum, & sit illius causa, vnde in ensibus rationis, & in obiecto diuinae notitiae practicae, siue ideae formalis, per ipsam operabili: habet enim pro obiecto illud ipsum opus quod facit. Semper tamen ratio cognoscibilitatis, quia vniuersalior, est prior abstractiue & vniuersalitate, quam ratio cognitionis. Omnis enim cognitio cognoscibilis est: at non omne cognoscibile est cognitio: sunt enim praeter cognitionem infinita alia cognoscibilia.

Obijciuntur secundo, multa sunt tantum possibilis; quae nunquam sunt, nec erunt, nec fuerunt, actu; possent tamen esse: & si essent, cognosceret Deus illa esse. Sicut contra, multa sunt quae possunt non esse; & si non essent, non cognosceret Deus illa esse; quippe qui nouit omnia, & sunt possibilis, ut possibilis: & existentia, ut existentia. Ergo est cognitio aliqua in Deo, quae potuit non esse: & contra, non est aliqua quae potuit esse. At hoc est impossibile, si cognitio Dei nihil est aliud quam entitas & substantia diuina, quae absolute necessaria est: ergo &c.

Neque etiam supponit quae liber natura prius obiectum suum.

Respondeo hanc esse substantiam diuinam excellentiam, ut seipsa sufficiat, quoduis cognoscendum, & tantum habeat entitatis, quantum ad quiduis percipiendum requiritur: licet non habeat omnem velut usum quem potest habere, & possit aliquem non habere quem habet. Et sicut in creatis multa sunt quae ad plurimos vsus sufficiunt, sine distincta entitate ex parte sua adueniente, ut corpora ad contactum, vel ad replendum spatium, aut ad recipiendum quippiam aliud, ad grauandum, ad relationes categoricas, si quae sunt praeter denominationes extrinsecas, aut transcendentales: ita minus mirandum est entitatem diuinam tantam esse tanquam perfectam, ut ad cognoscendum & volendum quiduis, non egeat vlla realitatis cuiuspiam accessione, sed seipsa sufficiat ad sciendum, non modo quicquid possibile est, sed etiam quicquid est, erit, aut esset in quacunque occasione. Quare non est in potentia ad actum realem; sed est in sufficientia quasi ad usum omnem sine vlla accessione, & sine intrinseca mutatione reali, habuisset se diuersimode ad obiecta, si illa aliter se habuissent, ex eo tantum quod illa aliter essent. Est vero differentia inter entitatem substantiam diuinam, & usum illum siue habitudinem, quae sic cadit in obiecta contingentia quae potuerunt aliter se habere. Nam entitas est omnino necessaria. Ille vero vsus contingens est ad obiecta non necessaria: contingens, inquam, antecedenter & in radice. Nam consequenter ex suppositione quod sint, non possunt non cognosci a Deo eo modo quo sunt: ita ut intelligentia diuina habeat se ad instar speculi necessario representantis quicquid obijciunt. Nec obest quod intellectus creatus nihil possit intelligere sine actu a se distincto: quia aliter est ratio de intellectu diuino, qui essentialiter est cognitio Dei, & omnium possibilium: Vnde possibilibus quasi aliter modificatis, cum ab esse pure possibili transeunt ad esse actuale; non mirum est si intellectus quoque diuinus, per simplicem sui modificationem, sit cognitio eorundem ut existentium: nam & res ipsa creata varie modificatur absque reali distinctione modalia modificato, ut ostendemus alibi.

Intellectus vero creatus nullius rei esse essentialiter intelligentia: vnde non mirum est si non sufficiat se solo ut sit formaliter cognitio alicuius rei, sed egeat actu distincto.

Obijciuntur tertio, multa ab aeterno erant futura, quae nunc praeterita, aut praesentia sunt: & cum nondum erant, cognoscebantur a Deo ut futura, post vero ut praesentia; deinde ut praeterita. Ergo cognitio diuina non est inuariabilis, neque semper eodem modo se habet circa obiecta. Nam v.g. Deus sciebat Christum nasciturum, antequam nasceretur. Nunc autem id non scit: quia Christus nasciturus non est, sed natus.

Cognitio Dei contingens est ipsa eius substantia, per se sufficiens ad quiduis cognoscendum.

vide deo. disp. 5. lib. 6.

Cognitio Dei est inuariabilis, quae ab aeterno circa obiecta, vnde, lib. 6.

Rel.

Respondeo Deum simul ab æterno vni-
co actu cognouisse quicquid est præsens
esse præsens, pro ea differentia temporis
pro qua est præsens: & quicquid est præ-
teritum, esse præteritum pro ea temporis
differentia quæ est præteritum: & quicquid
est futurum similiter. Vnde ab æterno vi-
dit Christum V. C. vt existentem in tali
tempore quo extitit, & in priori fuisse fu-
turum: item Christum patientem, pro eo
tempore quo passus est, antea passurum,
postea passum: & hoc etiam in æternum
cognosceret, Christum scilicet comparatum
cum tali differentia temporis, habere rationem
existentis, aut patientis: & cum
tali, rationem futuri, aut, passuri. Similiter
nunc cognoscat Antichristum esse futurum
respectu temporis præsentis, & ita ab æter-
no cognouit, atque in æternum non aliter
cognosceret: quia licet Antichristus nasce-
tur aliquando, nunquam tamen cognosceret
Deus, natum esse Antichristum in hoc
tempore præsentis, sed in alio futuro res-
pectu istius.

Dico igitur totam varietatem & succes-
sionem in obiecto esse, non in cognitione
Dei qui cognoscit in æternitate omnes tem-
poris differentias, secundum esse quod habent
in se. Cum autem dicitur, Cognoscit
Deus nunc esse præteritum, quod ante non
erat præteritum, &c. ambigua est & falsa lo-
cutio, si illud, *Nunc*, referatur non ad obiectum
nunc existens, aut nunc præteritum, vel
futurum; sed ad cognitionem diuinam, vt in-
stans temporis quo incipiat esse mensura
illius. Nam differentia temporis non pertinet
ad cognitionem diuinam formaliter,
quæ nullam temporis differentiam habet ex
parte sui, sed tantum ex parte obiecti. Ita
Suarez lib. 3. de attrib. cap. 3. num. 15. &
Vasquez ad q. 14. art. 13. colum. 4. in fine. Vbi
addit scientiam Dei habere denominationes
& respectus aliquos rationis ad obiecta,
qui respectus obiectum mutationem desine-
re possunt. Sic, inquit, antequam res sint, sci-
entia illarum in Deo est præscientia, non au-
tem rebus iam existentibus. At hæc sunt tan-
tum denominationes extrinsecæ: & nomen
præscientiæ potest manere, licet res sint: quia
scientia non tunc incipit, sed est ab antiquo:
pro quo respectu præscientia adhuc dici
potest.

Obijciunt quædam, scientiam Dei circa res
actu existentes extra se, aut futuras, vel præ-
teritas, non esse simpliciter necessariam,
quia illa poterat non esse, & non cognosci
esse. Ergo est contingens & potens aliter se
habere. Ergo non est inuariabilis, & prorsus
immobilis. Confirmatur, quia sicut ab æ-
terno scientia Dei varios habuit respectus, &
vius contingentes, ad obiecta non neces-
saria; quidni in tempore potest habere ali-
quos, & eatenus saltem aliquo modo variari,
atque etiam eatenus non esse ab æterno?

Respondeo, cum Suarez cap. cit. num. 16.
necessitatem simpliciter, aliam esse à Deo.
Tomus I.

cessitate immutabilitatis; & scientiam qui-
dem contingentium non esse simpliciter
necessariam, atque in hoc sensu vocari con-
tingentem & aliquatenus liberam: esse ta-
men necessariam necessitate immutabili-
tatis, quia postquam ad tale obiectum termi-
nata est, in illa terminatione & habitudine
necessario immutabilis perducatur. Ac li-
cet habeat indifferentiam quandam, qua-
tenus obiectum illud absolute spectatum
potuit esse & non esse, & consequenter ip-
sa quoque ita est, vt potuerit non esse: ta-
men in hoc habet necessitatem quandam,
quod eipso quod obiectum taliter verum
est; necessario diuina scientia ad illud ter-
minatur, ac terminabitur semper constan-
ter & immutabiliter, ea ratione quæ verum
est. Vnde etiam fit vt non possit habere no-
uum usum, seu respectum extrinsecum
ad obiectum, quem usum ab æterno non ha-
buerit: quia ab æterno unumquodque sicut
est, necessario consequenti necessitate cog-
noscat.

casariano
cessitate
immutabi-
litas.

SECTIO II.

An ratione distinguantur Deo præscientia
futurorum, visio præsentium, &
memoria præteritorum?

Affirmant aliqui, quorum sententiam
probabilem esse, & verbis magis quam
re ipsa differre à contraria, docet Suarez in
opuscul. lib. 1. de scientia futurorum, cap. 7.
in fine, & Albertin. Tom. 1. quæst. 1. in
logica in primum corollarium ex quarto prin-
cipio philosophico, num. 6. Contra verò ne-
gant Gabriel in 1. distinct. 39. quæst. vnica,
art. 1. notab. 5. licet à nonnullis male cite-
tur in contrarium. Suarez & Albertin. locis
supra cit. Vasquez disput. 64. cap. 4. num.
28. Ruiz disp. 29. de scientia Dei sect. 3. &
alii communiter. Vtraque sententia ali quo
sensu vera esse mihi videtur, possuntque am-
ba his duabus conclusionibus inter se con-
ciliari.

Varie sen-
tentia.

Prima conclusio: Præscientia diuina fu-
turorum, visio præsentium, & memoria præ-
teritorum, si præcisè & in adæquatè suman-
tur, prout respondent talibus actibus creatu-
rarum, & non cum tota perfectione quam
in Deo habent, possunt cum sufficienti fun-
damento distingui ratione. Probatur, quia
versantur circa diuersas veritates, qua-
rum vna minus requirit quam alia. Dif-
fert enim hæc veritas, *Petrus peccabit*, ab ista,
Petrus peccat: & hæc duæ ab ista, *Petrus
peccauit*. Quarum prima non requirit Pe-
trum iam esse actu determinatum ad
peccandum, sed tantum fore vt se deter-
minet. Secunda verò requirit actualem
determinationem præsentem. Tertia sup-
ponit illam iam fuisse. Confirmatur, quia

Distingui-
tur secun-
dum quid.

Suarez
Vasquez.

Scientia
Dei est ne-

attributa diuina distinguuntur ratione per comparationem ad diuersas perfectiones creaturarum quibus respondent: tantum sumendo per conceptum de diuina perfectione, quantum est opus ut illis creaturarum perfectionibus respondeat: iuxta doctrinam D. Thom. quaest. 13. artic. 4. Arqui in creaturis praescientia futurorum, visio praesentium, & memoria praeteritorum, sunt distinctae cognitiones, & diuersae perfectiones, ut manifestum est: & quidem ita ut in illis praescientia futurorum & memoria praeteritorum, sint multo minus perfectae, quam visio seu notitia intuitiua praesentium & coram obuersantium, ut ostendimus in tract. de Angelis: ergo, &c. Potest autem Dei cognitio imperfecte considerari & praecise, prout est cognitio futuri, abstrahendo ab eo quod sit etiam cognitio praesentis, & memoria praeteriti, perfectissime rem illam attingens.

Nō distinguuntur simpliciter.

Secunda conclusio: Praescientia diuina futurorum, visio praesentium, & memoria praeteritorum, non distinguuntur ratione, si sumantur adaequate cum tota perfectione & amplitudine quam in Deo habent, eo peculiari modo, quo illi perfectissime conueniunt. Probatum, quia distinctio rationis ratiocinata in scientia diuina, debet fundari vel in diuersitate obiecti, vel in diuersitate modi cognoscendi. Arqui praescientia futurorum, visio praesentium, & memoria praeteritorum, adaequate sumpta cum tota sua perfectione, quantum in Deo habent, non differunt neque ex parte obiecti, neque ex parte modi cognoscendi. Est enim vnus & idem obiectus, id est, vna eademque res, quam Deus secundum actuale existentiam cognoscit, & scit pro tali tempore esse futuram, pro alio praesentem, & pro alio praeteritam. Tresque illae differentiae temporis attinguntur per illam cognitionem, quae hoc ipso quod est perfectissima & exactissima cognitio rei pro tempore quo est praesens; simul est eiusdem cognitio pro tempore antecedenti: & praeterita, pro subsequenti. Modus quoque cognoscendi non est diuersus, sed est simplex & immediatus intuitus eiusdem rei ut existentis, respectu temporis quo existit: exitura, respectu temporis antecedentis: & praeterita respectu temporis subsequenti. Quae omnes temporis differentias complectitur illa cognitio ab aeterno existens inuariabiliter re & ratione, id est, non crescens perfectione successu temporis, nec vllam capiens mutationem ex eo quod sit visio praesentis, cum antea esset praesens futuri: sed semper eadem re & ratione permanens: quae ut praecedit existentiam obiecti, fortitur denominationem praescientiae: prout illi coexistit, denominatur visio: prout denique subsequitur, appellatur memoria. Quare ut recte ait Gabr. loco supra citato, sicut idem cibus & potus, absque vlla mutatione rei vel rationis in seipso, vocatur prandium, aut caena, ratione solum temporis connotati: sic propter solam

connotationem temporum diuersorum, illa Dei scientia, eiusdem rationis & perfectionis in seipsa, vocatur praescientia futurorum, visio praesentium, & memoria praeteritorum.

Obijcies primo esse diuersitatem in obiecto sufficientem ad fundandam distinctionem rationis. Nam obiectum adaequatum praescientiae futurorum, non est sola res quae futura est, secundum suam actuale existentiam absolute spectata: sed comparata cum tempore pro quo futura est; quod tempus est pars obiecti totalis notitiae illius comparatae. Idemque dico de visione praesentium, & de memoria praeteritorum. Vbi autem est diuersum obiectum totale & adaequatum, est diuersa cognitio.

Respondeo scientiam visionis praesentium, quam Deus habet perfectissimam, eo ipso quod cognoscit perfecte & adaequate quantum res existit, cognoscere illam tantum esse praesentem pro hac tota temporis differentia; & esse futuram pro anteriore; pro posteriore vero praeteritam. Quare visio praesentium perfecte & adaequate sumpta prout est in Deo, omnes illae temporis differentias comprehendit in suo obiecto totali & adaequato, & cum omnibus illis rem comparat. Similiterque praescientia diuina futurorum, cognoscens quanto tempore futura sint praecise, attingit tempus quo praesentia erunt. Et quia nouit etiam praecise quanto tempore praesentia erunt; cognoscit fore praeterita pro reliquo deinceps subsequenti.

Obijcitur secundo: Scientia rerum possibilem, quae dicitur simplicis intelligentiae, differt ratione a scientia futurorum, & a visione praesentium: quamuis eadem sit res quae est possibilis, futura, & praesens. Ergo pariter modo praescientia futurorum, visio praesentium, & memoria praeteritorum, debent distinguui ratione, quamuis sit eadem res quae cognoscitur. Diuerso enim modo se habet quando est futura, quam cum est praesens, aut praeterita. Sicut diuerso modo se habet quando est pars possibilis, & quando existit. Vnde est aequae diuersa veritas obiectiua, & fundamentum scientiarum diuersarum.

Respondeo negando peritiam. Quamuis enim sit eadem res quae est possibilis, futura, & praesens: est tamen plane diuersa veritas obiectiua: & neque in ipsismet veritatibus, neque in Dei cognitione, est necessaria connexio vnus cum alia, id est, veritatis obiectiuae quod res sit possibilis, cum veritate obiectiua, quod res existat, vel existerit, & exitura sit: Sicut antea ostendimus esse necessariam connexionem inter comparationes eiusdem rei cum eo tempore quo existit, & cum aliis quorum respectu est futura, vel praeterita. Et quidem prior veritas obiectiua, quod res sit possibilis, est simpliciter necessaria: eiusque cognitio est

Nō possunt distinguui sufficienter ratione obiecti.

11

Neque scientia possibilis, & existentium.

Deo essentialis. At verò posterior veritas obiectiva, quòd res sit exitura, aut existat pro aliquo tempore, est contingens, eiusque cognitio non convenit Deo essentialiter, aut absoluta necessitate; sed tantum ex hypothese quòd res sit exitura, vel existat. Quod signum manifestum est, non esse necessariam connexionem inter utramque veritatem, quandoquidem vna potest esse sine alia. Addo, cum dicitur eandem esse rem quæ est possibilis, & quæ existit, hoc ita esse intelligendum, quòd non sint duæ res, quarum vna sit possibilis, & altera existat. Necessè est enim id quod existit in tempore, poterit existere antequam existeret, possitque adhuc existere quando existit: sed non est intelligendum quòd sit res, quando est purè possibilis: non enim est res, sed verè nihil est, & non ens, ac proinde non res, quando non existit: sit autem res, & incipit esse res, quando producitur & incipit existere, seu de nihilo sui transire ad esse. Vnde cognoscere rem vt purè possibilem, non est cognoscere idem omnino ac cognoscere rem existentem: sed est tantum cognoscere non repugnare vt sit res, vel esse potentiam à qua fieri possit: quæ cognitio non habet pro obiecto rem ipsam, id est, existentiam, aut entitatem veram & realem: sed nihilum rei non repugnantis tantum vt sit, & vt de nihilo fiat, seu de non ente fiat ens & res, vt alicuius causa.

Obijctur tertio: Scientia Dei de re vt conditionatè futura, differt adæquatè à scientia eiusdem rei vt absolutè futura: propterea quòd est diversa veritas obiectiva utriusque scientiæ. Atqui est etiam diversa veritas obiectiva scientiæ futurorum absolutè, visionis præsentium, & memoriæ præteritorum: ergo debent pariter distingui ratione, etiam adæquatè sumptæ, & secundum totam perfectionem quam in Deo habent.

Respondeo differentiam esse: quia non solum est diversa veritas obiectiva, quòd res futura esset, si poneretur talis conditio: & quòd absolutè res futura sit: sed etiam sunt ita disparatæ, vt prior possit esse, & perfectè cognosci, sine posteriori: & nullam habeat ex parte sui connexionem cum illa. Hæc enim supponit aliquod decretum Dei actuale, & absolutum, sine quo alia creaturæ, & nulli actus creaturarum sunt absolute futuri. Veritas autem conditionatæ non supponit decretum absolutum, neque ab illo pendet: essetque integræ & perfectè tota illa veritas, quamvis nullum tale decretum esset, & nunquam esset absolutè futura. Quare scientia Dei conditionatæ potest integrè, & perfectè sumptæ, præstandi ratione à scientia absoluta eiusdem rei vt absolutè futura: & obiectum prioris scientiæ potest omnino separari ab obiecto posterioris, tanquam veritas planè diversa. At non ita se habet obiectum adæquatè sumptum, seu vtri-

tas obiectiva, scientiæ diuinæ adæquatè sumptæ, de re eadem vt futura, vt præsentè, & vt præterita. Scientia enim diuinæ attingens adæquatè & comparatiuè rem pro toto tempore quo est præsens, attingit simul differentias temporum pro quibus est futura, vel præterita, quæ differentiæ inuoluuntur necessariò in tali comparatione, distinctè, quæ & expressè cognoscuntur notit à illa diuinæ distinctissima & clarissima, perfectè & adæquatè sumptæ.

SECTIO III.

Quotplex sit scientia Dei? seu de variis eius diuisionibus.

13. Licet scientia diuina sit vna in re simplicissima, variè tamen à Theologo diuiditur per conceptus inadæquatos, ratione obiecti, vel modi tendendi mediatè vel immediatè, intuitiue aut abstractiue, &c. Cuius diuisionis fundamentum ipsa præbet, ob virtutalem suam amplitudinem & eminentiam præinfinitis scientiis realiter numero & specie diuersis. Ac primò ratione obiecti, scientia Dei alia est circa seipsum, alia circa creatura possibilis, alia circa existentia seu præsentia, præterita, & futura, absolute vel hypotheticè: Item quædam circa entia, quædam circa non-entia, positiua, negatiua, bona & mala, finita & infinita, vt patet ex sectione I. & disputationis 9.

Secundò alia est scientia simplicis intelligentiæ, alia visionis. Quæ diuisio tractatur à Diuo Thoma quæst. 14. artic. 9. & variè explicatur à variis. Aliqui enim antiqui, quos refert Didacus Rubeus disputat. 17. de scientia Dei, sect. 4. num. 3. per scientiam simplicis intelligentiæ intelligunt illam, cui non subiungitur diuina voluntas, & beneplacitum vt fiant res quæ, per talem notitiam intelliguntur. Et consequenter per scientiam visionis intelligere debent illam, cui tale beneplacitum diuinæ voluntatis est adiunctum. Quæ explicatio mihi non probatur, quia est aliena à mente Diui Thomæ, vt videbimus paulò post: & non explicat membra diuisionis per intrinseca scientiæ, & diuersos tendendi modos illius, iuxtaque proportionem ad visionem ocularem, ex qua nomen visionis adpiritalem & diuinam translatus est: sed per beneplacitum voluntatis diuinæ, quod scientiæ præcisè sumptæ extrinsecum & accidentarium est. Ac si nomine beneplaciti intelligit voluntatem Dei antecedentem, dicendum est iuxta illam diuisionem, multa, quæ actu existunt Dei permisso & voluntate consequenti tantum, vt peccata Dæmonum & hominum non cognosci à Deo scientia visionis. Hoc autem est contra S. Thomam, artic. cit. affirmantem ea omnia quæ sunt, fuerunt, vel

Explicatur diuisio scientiæ Dei in scientiam simplicis intelligentiæ, & scientiam visionis.

Prima explicatio, reiecta.

Neque habent veritatem obiectivam omnino diuersam, & planè disparatam.

erunt, pertinere ad scientiam visionis, quia Deus in illa fertur ut sibi subiecta presentialiter, id est, sibi coexistentia.

14
Secunda
expositio,
non placet.

Alij vero distinguunt membra huius diuisionis penes obiecta: voluntque scientiam simplicis intelligentiæ dici respectu eorum obiectorum quæ nunquam sunt, vel fuerunt, vel erunt: scientiam autem visionis dici respectu eorum obiectorum quæ sunt, vel fuerunt, vel erunt: quæ idcirco dicuntur videri à Deo, quia realem habent existentiam, & secundum illam Deo obuersantur: sicut ea quæ videntur oculo corporeo, realiter existunt, suntque illi presentia. Hæc explicatio valde communis est inter Theologos. Displicet tamen, quia non satis accurate distinguit membra diuisionis iuxta proprium tendendi modum vtriusque scientiæ, seruando analogiam ad visionem ocularem: & repugnat dogmati, quod plerique huius explanationis auctores admittunt: videlicet scientiam simplicis intelligentiæ esse causam rerum, non autem scientiam visionis. Nam scientia quæ est causa rerum, est notitia illius ipsius rei quæ fit. Hæc enim est quæ Dei voluntatem & potentiam dirigit ad illam producendam. Ergo scientia quæ est causa rerum, est notitia illius ipsius rei quæ vi illius futura est. Ergo non est scientia simplicis intelligentiæ, sed scientia visionis, si scientia simplicis intelligentiæ est tantum de rebus nunquam existentibus, & scientia visionis dicitur omnis illa quæ est de rebus existentibus in quacunque temporis differentia.

D. Thomas

Notare D. Thom. quæst. 14. artic. 9. ita scientias illas distinguit. Vbi recte notat Ruis disput. cit. sect. 6. num. 7. admonet quidem scientiam visionis non esse de non futuris & nunquam existentibus: sed scientiam simplicis intelligentiæ non admonet non esse de rebus futuris, aut aliquando existentibus: permittens scilicet futura etiam, & existentia, cognosci posse aliqua ratione per scientiam simplicis intelligentiæ. Quod clarius significat in 3. distinct. 14. quæst. 1. art. 2. §. Ad secundam questionem, ubi affirmat scientiam simplicis intelligentiæ, etiam eorum esse quæ nunquam actu erunt, & ea concipere etiam quæ non sunt extra concipientem. Nam particula, etiam, bis repetita, innuit scientiam simplicis intelligentiæ non tantum versari circa ea quæ nunquam sunt, erunt, aut fuerunt: sed & circa res existentes aliquo modo consideratas, nimirum secundum prædicata essentialia abstracta ab existentia, & secundum propositiones absolute necessarias quæ de illis formari possunt, ut dicemus in quarta & vera expositione huius diuisionis.

15.
Tertia expositio, et cetera
felleitur.

Alij tertio dicunt omnes & solas propositiones necessarias, & quæ dicuntur æternæ veritatis, pertinere ad scientiam simplicis intelligentiæ: reliquas autem omnes

& solas propositiones contingentes pertinere ad scientiam visionis. Et quo inferunt notitiam quam Deus habet de non-existentia rerum possibilem, pertinere ad scientiam visionis: quia cum Deus liberè poterit producere singulas earum rerum possibilem quas decreuit nunquam producere, contingens est hæc propositio, *Talis res nunquam existit.* Quare pertinet ad scientiam visionis, æquè ac scientia quam Deus habet de rebus creatis existentibus. Neque enim minus contingens est quoddam res creata non existant actu, quàm quod existant. Ita Didac. Ruis sect. supra cit. num. 5. Ruis referens in eandem sententiam Marfilium, Molinam, & Bæsem. In eandemque conatur adducere D. Thomam locis proximè relatis.

Verùm hæc sententia non satis distinguit obiectum vtriusque scientiæ. Nam neque omnes propositiones necessariae, & æternæ veritatis, pertinent ad scientiam simplicis intelligentiæ: neque omnes contingentes pertinent ad scientiam visionis. Illa enim quæ necessariò existunt absoluta necessitate, ut Deus, & attributa eius essentialia, & proprietates personales, pertinent ad scientiam visionis propriè dictam: quia attinguntur secundum propriam & actualem existentiam in seipsa perceptam, quemadmodum ea quæ videntur oculo corporeo: tametsi sunt necessariae & æternæ veritatis. Illa etiam quæ non existunt cum possint existere, contingenter non existunt: & tamen non videntur, propriè loquendo: quia non terminant cognitionem secundum suam existentiam actualem, presentem cognoscenti, & perceptam secundum se, simili modo quo attinguntur oculo corporeo ea quæ ab ipso videntur. Quare non pertinent ad scientiam visionis propriè dictam, sed ad notitiam abstractiuam & simplicis intelligentiæ. Neque D. Thomas contrarium unquam significauit. Tametsi enim locis supra relatis indicauerit scientiam simplicis intelligentiæ versari etiam circa res existentes, consideratas secundum prædicata quæ abstrahunt ab actualem existentia: nunquam tamen insinuauit non-existenti pertingere ad scientiam visionis, sed potius ad Ruis dicitur adscribitur expressè artic. 9. quæst. 14. scientiam visionis non esse de non-futuris & de nunquam existentibus.

16.
Quarta de vera expositio

Quarta igitur & vera expositio huius diuisionis est, ut scientia visionis dicatur esse illa, quæ Deus cognoscit tum seipsum, & quæcunque intra ipsum existunt: tum etiam creata existentia in quacunque differentia temporis, & secundum suam actualem existentiam Deo presentia: peritò nomine à visione oculari. Sicut enim illa est circa obiectum intuitiue, id est, in seipso secundum suam existentiam actualem perce-

prum: Ita Dei scientia, qua ab aeterno attingit omnia existentia quouis tempore, quatenus attingit ipsam actualem existentiam cognitam in seipsa, aut semper, aut pro tali tempore, dicitur scientia visionis. Scientia vero simplicis intelligentie dicitur quouis alia; siue sit de non existentibus unquam, siue etiam de existentibus quidem, sed consideratis vt possibilibus; & secundum predicata essentialia, vel simpliciter necessaria: quae scientia dicitur simplicis, id est, merae intelligentiae, excludendo hac voce simplicis, seu merae, scientiam visionis qua talem.

Quenam sit obiecta scientiae simplicis intelligentiae?

Scientia media cur sit vocetur?

Quare ad hoc membrum diuisionis pertinet primo, scientia omnium non-existentium, siue possint existere, siue non. Secundo, scientia omnium possibilem qua talem, siue aliquando existant, siue non, sed maneant semper in statu pure possibili. Tertio, scientia pure conditionalium, quae quia nunquam habent existentiam, non pertinent ad scientiam visionis. Debent ergo pertinere ad scientiam simplicis intelligentiae alioqui diuisio tradita non esset adaequata. Nec obest quod scientia conditionalium solet appellari media. Sic enim vocatur, non quia sit media inter scientiam simplicis intelligentiae, & scientiam visionis adaequate sumptas; sed quia est media inter scientiam pure possibilem, & scientiam rerum existentium. Quippe quae non est de rebus vt mere possibilibus; neque etiam de existentibus in illa temporis differentia, vt talibus; sed exituris si conditio poneretur, abstrahendo ab eo quod ponatur vel non ponatur, quaeque in plurimis non ponitur. Quod & plus dicit quam meram non existentiam aut meram possibilitatem: & minus quam actualem & absolutam existentiam: estque veluti medium inter vtrumque, per negationem vtriusque extremi. Vel etiam quia media est inter scientiam Dei naturalem, cuius obiectum est simpliciter necessarium: & inter scientiam contingentem de existentibus, aut futuris absolute, vt talibus, quae supponunt liberum Dei decretum: At scientia conditionalis nata neque habet obiectum necessarium, neque supponit absolute Dei decretum. Est enim verum independenter ab omni Dei decreto absolute posito, aut considerato vt absolute ponendo, quod si Petrus v.g. peccandi occasione constitueretur, peccaret vt nec peccaret.

6. Quare ad hoc membrum diuisionis pertinet primo, scientia omnium non-existentium, siue possint existere, siue non.

Scientia visionis dicitur proprie reipe.

Dubitant hic Theologi an scientia rerum existentium in aliqua tantum differentia temporis, dici debeat visio absolute? an vero solum pro ea differentia temporis qua existunt, & qua realiter Deo praesentes sunt? Sed de leuis momenti est: & de nomine tantum. De qua breuiter dicitur primo, scientiam eiusdem rei futuram, praesentem, & praeteritam, perfecte sumptam, ne ratione quidem differre in Deo vt supra ostendimus. Secundo, scientiam eorum quae sunt, fuerit, vel erant,

posse quidem generaliter & absolute dici visionem, vt dicitur a D. Thomae quaest. 14. artic. 9. Durando in 1. distinct. 35. quaest. 2. num. 6. & alius: posse tamen absolute concedi res quando non sunt praesentes realiter, non de Dominari cognitae scientia visionis, pro illo respectu temporis in quo non sunt, sed pro solo respectu temporis in quo existunt, ita vt illa denominatio visionis non detur scientiae ante obiecti coexistentiam: sed ante illam dicatur praesentia, sicut post dicitur memoria: licet tota intrinseca perfectio visionis illi conueniat ab aeterno inuariabiliter: vt recte docent Molina & plures alij ad locum D. Thomae citatum. Ratio primae partis est, quia scientia illa terminatur semper ad existentiam actualem, quantum non semper praesentem: & differentia illius scientiae a scientia rerum nunquam existentium, aut consideratarum vt possibilem tantum, potest non incommode visionis nomine significari. Ratio nihilominus secundae partis est, quia visio magis propria, & magis accommodata ad visionem corpoream, dicitur esse tantum rei existentis vt sic, & vt realiter praesentis, ac secundum actualem suam existentiam & praesentiam, realem perceptam: non autem futuram, vel praeteritam. Et sicut scientia diuina dicitur praesentia, ratione obiecti vt futurum, quatenus ipsum antecedit: & quasi memoria eiusdem vt praeteriti: sic visio stricte dici potest respectu eiusdem vt actu existentis & realiter praesentis. Secundum autem hanc scientiam visionis stricte sumptam, quatenus habet rem in existentia actualiter praesentem, dicitur Deus esse in creaturis per praesentiam (non autem ratione praesentiae vel memoriae) est, prout antecedit aut subsequitur existentiam rei: & multo minus ratione simplicis intelligentiae: sicut ratione operationis dicitur esse in rebus per potentiam: & ratione substantiae, siue entitatis, per existentiam.

tu tempore quo res visa existit

Tertio diuiditur scientia Dei in intuitiuam & abstractiuam. Prima est cognitio rei cuiuslibet existentis, vt talis, & secundam existentiam actualem ipsius praesentem cognitioni: vel in tota aeternitate, vt se habent Deus & diuina omnia: vel in aliqua temporis differentia, vt res creata. Secunda est omnis cognitio, siue nunquam existentium, siue etiam existentium, sed consideratorum tantum vt possibilem, & secundum predicata essentialia, vel simpliciter necessaria, aut quouis alia non actu existentia.

Scientia Dei alia est intuitiua, & abstractiua.

Quarto diuiditur in contingentem & necessariam. Posterior, absolute non potest non esse: quia est de obiecto plane necessario, vt de essentia diuina, de personis, de possibilibus vt sic. Prior absolute potest non esse: quia est de obiecto contingentis: vt de actibus liberis diuinae voluntatis, de existentia actuali creaturarum de futuris extra Deum, siue absolute, siue

Item vna est contingens, & alia necessaria.

STINO
TUS
VI
U.

quod mali indigni sint qui sciuntur à Deo, & si quid Deus posset obliuisci, aut ignorare, deberet illos maxime. Secundo, quod non sciuntur cum complacentia. Quæ posterior explicatio magis placet. Et quod in priori ait, Deo indignum esse &c. Intelligendum est quodammodo: alioquin enim mala scire perfectio quædam est, absolute loquendo: & imperfectio ignorantie esset in Deo, si nesciret aliquod scibile.

SECTIO IV.

De Ideis diuinis.

32. **Q**uod ad Ideas attinet, de quibus D. Thom. tota quæst. 15. aduertendum est, ideam sumi dupliciter. Primò, pro similitudine cognita, secundum quam est aliquid operabile. Sic D. Thom. q. citata art. 2. c. Ideam sumit, cum ait: *Forma domus in mente artificis est aliquid intellectum, ad cuius similitudinem domum in materia format.* Et paulò post: *In quantum Deus, inquit, cognoscit suam essentiam imitabilem à tali creatura, cognoscit eam ut propriam Ideam, & rationem huius creatura.* Similia habet in solutionibus 1. 2. & 3. argumenti. Eodem pertinet illud Exod. 25. *Inspice & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est.* Secundò sumitur pro ipsa notione, & conceptu rei operabilis, prout illa notio potest esse principium ut eares fiat. Sic D. Thom. art. citato ad 2. Ideæ nomen accipit, cum sic ait: *Sicut artifex deus intelligit formam domus in materia, dicitur intelligere domum: dum autem intelligit formam domus ut à se speculatam, ex eo quod intelligit se intelligere eam, intelligit Ideam vel rationem domus.* Deum autem non solum intelligit multas res per essentiam suam; sed etiam intelligit se intelligere multa per essentiam suam. Sed hoc est intelligere plures rationes rerum, vel plures ideas, esse in intellectu eius ut intellectas. Eandemque Ideæ acceptionem cum superioribus agnoscunt Suarez lib. 3. de attributis cap. 5. Vasques disp. 72. cap. 1. & 2. Molina q. 15. art. 1. disp. 1. §. Vt verò, & altero modo: Granad. in tractatu de Ideis diuinis disp. 2. sect. 3. Et probatur utraque ex communi loquendi usu. Nam primò quidem Idea solet appellari aliquid cognitum, ad cuius vsut imitationem aliquid efformandum est: Ideoque solet forma vel modulus vocari. Illudque cognitum est aliquando res quædam actu existens: aliquando verò est apprehensum tantum & velut obiectum phantasticum, quod operator velut imitari studet in opere. Si autem illud obiectum imitandum dicitur Idea, ut communiter dicitur; potest & eius formalis conceptus ita vocari, sicut & fungi eodem officio. Quia conceptus formalis talis obiecti est viua quædam eius representatio.

Neque tantum conceptus formalis Idea dici potest, quatenus est obiectum actus reflexi: sed etiam per se formaliter, ut conceptus formalis est, dirigens operationem. Quia illi, etiam ut tali, conuenit Idea seu exemplaris definitio, quæ sic habet: Est forma quam effectus imitatur ex intentione agentis determinantis sibi finem.

Ede enim dupliciter fieri potest. Primò, ex intentione intellectus, & voluntatis, in aliquid cognitum quod imitari studeant. Secundò, ex intentione solius voluntatis intendentis operari secundum cognitionem, & eam imitari, efficiendo aliquid prout cognitio exprimit efficiendum esse: quod fit ex parte intellectus per solam & directam cognitionem rei efficiendæ, absque formali reflexione supra ipsammet cognitionem. Dicitur autem in prædicta definitione, sumpta ex D. Thoma q. 3. de veritate art. 1. exemplar seu Idea esse, forma, scilicet ad quam, seu ad cuius similitudinem aliquid fit: *quam effectus imitatur*, actu scilicet vel aptitudine: ut enim aliquid fit exemplar, non est necesse ut aliquid fiat actu, aut faciendum sit ad eius imitationem: sed aptitudo sufficit. Videtur tamen D. Thom. q. 15. art. 4. docere oppositum. Verùm sicut cognitioni practica sufficit, et aptitudo sit regula agendi, & eò per se feratur, alioqui scientiæ & artes non essent per se practica: sic Idea sufficit aptitudo. Dicitur tertio, *ex intentione agentis determinantis sibi finem*: quæ particula significatur non satis esse quod res aliqua fiat alteri similis quomodocunque, ut hæc illius sit Idea: sed requiritur ut hæc similitudo intendatur ab agente, ex cognitione & voluntate imitandi aliquid cognitum, vel cognitionem ipsam. Quare si casu & præter intentionem statua formetur ad similitudinem Cæsaris, Cæsar non erit propriè illius Idea seu exemplaris causa. Causa verò in actu primo est vis dirigendi; & in actu secundo, est vsus & directio actus ipsius exemplaris dirigentis: vel proxime, ut facit ipsa cognitio rei efficiendæ: vel remote, ut obiectum cognitum, ad cuius similitudinem artifex operatur. Modus autem causandi metaphoricus tantum est, & moralis. Nam Idea obiectiua sibi est, obiectum cognitum & imitandum, concurrens tantum & inuit metaphoricè in Ideatum. Idemque de formali Idea, id est, de cognitione operatiua, dicendum est. Nam cognitio non efficit physicè artificiatam, sed tantum dirigigit voluntatem, voluntas autem applicat potentiam executiuam, quæ vel se solâ, vel per instrumenta physicè operatur. Sicut autem qui tantum ignem applicat, non comburit nisi moraliter, multoque minus qui tantum ostendit vbi, & quomodo ignis fit applicandus: sic in artis operibus intellectus dirigens est tantum causa moralis effectus quem dirigit. Denique genus causandi est efficiens; ut docet Aristot. 9. Metaphys. cap. 2. vbi discrimen assignans inter

Explicatur
Ideæ definitio.

33.

Idea causat tantum moraliter.

ANTINO
IUS
VI
U.

causas efficientes per se, & per accidens; aut Polycletem aliter esse causam statuar, & aliter statuarium scilicet Polycletem per accidens; & statuarium per se. De his plura Philosophi 2. Physic. & Suar. disp. 25. Metaphys.

24. His de Idea in communi praesuppositis. Quod ad diuinas attinet, Dico primo, conceptus directi & formales, quos Deus habet de omnibus & singulis operabilibus, ut talibus, secundum propriam cuiusque rationem & differentiam individualē, esse proprias ipsorum Ideas, Deo sufficientes ad dirigendam voluntatem in ipsorum effectione: qui conceptus, ut multi sunt virtualiter, ita & multae Idea ratione diuersae: tot scilicet, quot sunt singulae res operabiles, quarum omnium illi singulari notionem propriam in Deo praesentant; & quatenus ad efficiendas ipsas possunt per se dirigere, sunt eorundem Idea. Generum verò & specierum in abstracto, Deus Ideas non habet. Tum quia non sunt producibiles in abstracto: impossibile enim est nihil nisi singulare produci. Tum etiam quia Deus non habet notitias confusas, genericas aut specificas.

Dico secundo Deum, ut operetur per Ideas illas formales, seu conceptus rerum producibilium, non egere Idea obiectiua, seu obiecto cognito, quod imitari studeat: nec debere uti vel seipso, vel alio quouis, vel e exemplari cognita dirigente ipsum ad opus, ut artifices uti solent. Nam loco talis Idea, sufficit Deo perfectissima notitia, atque propria, & distincta cuiuscunque rei effectibilis: neque est opus ut Deus intueatur aliquid quod imitatur: id enim potius imperfectionis est, & indigentiae cuiusdam, ob incertitudinem quam artifex potest aberrare ab eo quod vult efficere, aut illud minus perfecte concipere. Deus autem perfectissime facit id quod vult: neque eget alia regula, quam sua cognitionis.

Dico tertio, Deum tamen uti posse obiecto cognito, etiam creato, non quia sit necessitas: sed quia potest causalitatem exemplarem ei communicare. Potest enim uti seipso seu essentia sua, vel entitate, ut obiecto imitabili, quemadmodum ait S. Thom. q. 15. art. 2. corp. maxime quoad rationes eas,

in quibus creaturae Deo magis assimilantur, & eius quaedam imagines sunt iuxta illud Genes. 1. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Potest quoque uti aliqua similitudine externa, existente vel possibili: quod non magis est inconueniens, quam Deum posse uti concavis creatis finalibus, vel coefficientibus, ut saepe videtur: sed ut ea utatur, non est opus.

Ex his collige Ideas diuinas pertinere ad scientiam Dei practiceam, vel obiectiuam, si loquamur de Ideis obiectiuis: vel formaliter, si loquamur de Ideis formalibus, quae sunt ipsae cognitiones diuinae rebus ut a se producibilibus.

SECTIO V.

Refutatur quaedam opinio contraria.

Contra doctrinam praecedentem sententiunt Durand, in 1. dist. 36. q. 3. Scor. dist. eadē q. 4. Gabriel d. 35. q. 5. a. 2. cōcl. 4. qui eandem sententiam tribuit Ochamo initio eiusdem quaest. Aliacensis in 1. q. 6. art. 2. Bassol. d. 36. q. 2. a. 2. affirmant: res ipsas creabiles esse Ideas diuinas secundum esse quod habent, ut sunt à Deo conceptae. Sed ille modus loquendi est à communi vsu & à veritate alienus. Non enim solet Idea dici res ipsa, quae est faciēda, sed alia imitanda: Idque postulat ipsa definitio Ideae, *Est forma quam effectus imitatur* &c. Res autem illae sunt eadem ipsae quae fiunt: Deus enim id ipsum quod cognoscit, operatur; & non est aliud quod Deus videt, aliud quod facit: alioqui vel Deus non cognosceret directe & proprie id quod facit: vel acquireret notitiam cognitionem ex operum suorum effectione, quod est falsum. Quare si id quod fit à Deo, & Idea secundum quam fit, debent esse diuersa, sicut debent, ut inter illa sit verè imitatio; necesse est id quod à Deo fit, non esse eadem, etiam prout est in eius cognitione obiectiue, ut loquuntur Auctores citati, quia non est aliud quod cognoscitur, & quod fit. Ad idem confirmandum Didacus Ruis. disp. 82. sect. 2. & 3. adducit multa sanctorum Patrum testimonia, quibus accedit communis consensus Theologorum, quorum plurimos citat sect. 2. num. 1. Addit etiam plures alias rationes, sed minus efficaces, quam quae à nobis allatae est, sumpta ex ipsa definitione exemplaris, *Est forma quam effectus imitatur* &c. Obijciunt primo Durandus, & alij supra citati, definitionem Ideae conuenire rebus ipsi creabilibus, quia sunt forma, seu obiectum à Deo cognitum, ad cuius imitationem, ex intentione agentis, producantur. Nam Deus tales intendit eas producere, quales praecipit. Ergo ipsae res creabiles sunt Ideae.

Respondeo negando antecedens. Nam idem non fit ad sui ipsius imitationem, sed imitatio, quae est similitudo, & imago, requirit necessarīo distinctionem realem. Quare rebus ipsi creabilibus non conuenit illa particulae definitionis, *quam effectus imitatur.* Confirmatur, quia idea est exemplar & prototypum eius quod fit ad illius imitationem. Id autem quod fit ad imitationem exemplaris seu prototypi, est illius imago & similitudo. Atqui ex omnium consensu non est imago & similitudo, nisi inter distincta realiter. Nam idem non est seipsum imago: & idem non est sibi ipsi simile, sed plane idem.

Obijciunt secundo, eodem modo philo-

Non eget Deus Ideis obiectiuis: potest tamen illis uti.

D. Thom.

q. 15. art. 2. corp.

maxime quoad rationes eas,

in quibus creaturae Deo magis assimilantur,

& eius quaedam imagines sunt iuxta illud

Genes. 1. *Faciamus hominem ad imaginem &*

similitudinem nostram. Potest quoque uti

aliqua similitudine externa, existente vel possi-

bili: quod non magis est inconueniens, quam

Deum posse uti concavis creatis finalibus,

vel coefficientibus, ut saepe videtur: sed ut

ea utatur, non est opus.

Ex his collige Ideas diuinas pertinere ad

scientiam Dei practiceam, vel obiectiuam, si

loquamur de Ideis obiectiuis: vel formaliter,

si loquamur de Ideis formalibus, quae

sunt ipsae cognitiones diuinae rebus ut a se

producibilibus.

Durand.
Scor.
Gab.
Bassol.
Allig.

Res crea-
biles non
sunt sui
ipsarum
Ideae.

Ruis.

26.

Definitio
Ideae, magis
illis appropi-
atur.

topiā dum esse de Ideis diuinis, quo de Ideis artificum. Sed artifices, habent pro Ideis res ipsasmet à se efficiendas mente præconceptas, quæ sunt illis exemplar sufficiens ad dirigendam eorum operationem. Ideoque Aristot. 7. Metaphys. cap. 7. tex. 28. ait, sanitatem in materia, fieri à sanitate in anima: id est sanitatem existentem in re, fieri ab eadem sanitate, vt mente præconcepta: quia scilicet eadem sanitas vt mente præconcepta, est Idea sui ipsius vt existentis.

Neque artifices tales habent Ideas.

Respondet primò, Artifices non habere pro Ideis res ipsasmet, quas efficiunt, eadem numero mente præconceptas: neque enim res cognoscunt secundum suas differentias individuales: vnde non possunt vnum individuum ab alio planè simili discernere: sed formare sibi aliquid idolum, siue in mente solùm, siue in aliqua materia, ad cuius similitudinem operentur, & ad quod inuenientes actionem suam dirigant. Secundò, si artifices cognoscunt specialiter in individuo, res à se efficiendas, sicut Deus illas cognoscit, non habent ipsæ rationem Ideæ, defectu distinctionis necessariæ inter Ideam & Ideatum: sed in eo casu sola cognitio rei efficiendæ. Hæc Idea formalis, vt forma sufficiens ad dirigendam operationem. Quo sensu intellige id quod ait Aristot. loco citato, sanitatem in materia fieri à sanitate quæ est in anima: id est, à conceptu sanitatis efficiendæ, qui est in anima.

27. Obijciunt terriò: Illud est Idea, quo cognito, & sublato quolibet alio obiecto cognito, artifex potest agere: & quo non cognito, non potest agere. Atqui si per impossibile Deus cognosceret solùm creaturas, & non cognosceret suam essentiam, posset agere. Contra verò, si cognosceret solùm suam essentiam, & non cognosceret creaturas, non posset agere. Ergo creaturæ ipsæ sunt Ideæ, non autem essentia diuina.

Respondet primò, Maiorem intellectam cum exclusione, Illud solùm est Idea &c. esse falsam. Suprà enim ostendimus ipsam quoque cognitionem directam operis faciendi esse Ideam. Secundò, non omne id, quo cognito artifex potest agere, & quo non cognito non potest, esse Ideam: sed vt terriùs requiri vt effectus possit illud imitari ex intentione agentis. Non potest autem imitari, si idem sit. Terriò, esse impossibile Deum cognoscere suam essentiam, absque eo quod cognoscat illam esse imitabilem à creaturis, & potentem eas producere. Sicut ex opposito Deus perfecte & comprehensiuè cognoscendo creaturæ, non potest non cognoscere illas esse factas suæ omnipotentis, & veluti ritulos manantes ab infinito & inexhausto essentia suæ Oceanus. Quare illa suppositio implicat in terminis.

28. Obijciunt quartiò: Idea est illud ad cuius imitationem effectus producit. Ergo vbi non est perfecta ratio imitationis, non est perfecta ratio Ideæ. Sed inter essentiam diuinam, & creaturas, non est perfecta ra-

tio imitationis: ergo neque perfecta ratio Ideæ. Minor probatur: quia in illis ipsis perfectionibus, quæ dicuntur esse communes Deo & creaturis, vt esse, vivere, intelligere, velle, est tantum cōuenientia analogica: adeoque non potest esse imitatio nisi analogica & impropria. In alijs verò quæ Deo non conueniunt formaliter secundum idem nomen, & rationem communem analogicè, vt vegetare, sentire, currere, esse corporeū &c. multò minus potest esse imitatio propria & perfecta, imò nulla prorsus esse potest: quia illud ratione cuius vnum est Idea, & alterum est ideatum, id est, ad eius imitationem productum, debent conuenire formaliter secundum aliquam similitudinem inter se. At hæc non ita conueniunt cum essentia diuina; ergo &c.

Respondet, ad rationem perfectam Ideam sufficere, vt possit perfecte dirigere artificem in opere efficiendo ad eius imitationem. Licet autem omnes & singulæ perfectione creaturarum, sumptæ adæquatè vt sunt à parte rei, distent infinite à perfectionibus diuinis increatis & independentibus: essentia tamen diuina, siue consideretur prout est cognitio distincta & perfecta omnium huiusmodi perfectionum creaturarum: siue etiam prout est multipliciter imitabilis & participabilis à creaturis pro gradu capacitatis, cuiusque est Deo sufficiens vt dirigat eius operationem in producendis creatis perfectionibus ad imitationem suæ essentia, quantum & quatenus potest eius essentia à creaturis participari. Nec obest quòd in quibusdam sit vnum cōuenientia analogica, in alijs multò minor. Nam cognitio dirigens operationem, dummodo perfecte opus efficiendum exprimat, perfecte dirigit: estque perfecta imitatio inter opus in essendo, & cognitionem in representando, id est, sit res prout eam repræsentat cognitio esse faciendam: quamuis cognitio non conueniat vniocè cum re quæ fit ad eius imitationem: neque etiam sit inter illas cōuenientia formalis in essendo, secundum aliquam similitudinem inter se, sed tantum sit conformitas representationis cum re repræsentata: quatenus cognitio repræsentat illam sicuti est. Essentia quoque diuina vt multipliciter participabilis à creaturis, sufficiens Deo tanquam exemplar obiectiuum in quod intuens possit perfecte dirigere suam operationem, vt det creaturis eam participationem suæ essentia, cuius sunt capaces, & secundum quam magis vel minus accedere possunt ad perfectionem essentia diuina. Hoc enim ipso quòd Deus cognoscit perfectissime suam essentiam continentem eminenter & virtualiter quamlibet perfectionem creatam, habet obiectum sufficiens, quod intuens, possit producere quamlibet perfectionem creatam, secundum id totum quod eminenter & virtualiter in sua essentia contineri videt.

Institabis, quia quamuis lux contineat emi-

29.

Quomodo essentia potest esse Idea obiectiua creaturarum.

STINO
US
PART
VI
U.

30.

nenter & virtualiter calorem, non potest esse Idea producendi calorem. Ergo licet essentia diuina contineat eminenter & virtualiter creaturas, non potest esse Idea creaturarum. Ratio est, quia utroque deficit similitudo. Respondeo lucem non posse esse Ideam producendi calorem, ei qui non perfecte cognoscit continentiam eminentiam caloris in luce, seu virtutem lucis ad producendum calorem. Secus autem illi qui perfecte cognoscit Deum autem perfecte cognoscit continentiam eminentiam creaturarum in sua essentia.

S. Thom.

Porro doctrinam supra traditam succulenter confirmat S. Thom. q. 3. de veritate art. 2. in corp. vbi sic habet: *Essentia Dei est Idea rerum, non quidem ut essentia, sed ut est intellecta.* (Id est non absolute sumpta, sed comparatiue ad res creabiles concepta.) *Res autem creata non perfecte imitantur diuinam essentiam. Vnde essentia non accipitur absolute ab intellectu diuino, ut Idea rerum, sed cum proportione creatura fienda ad ipsam diuinam essentiam, secundum quod desinit ab ea, vel imitatur eam. Diverse autem res diuersimode ipsam imitantur: & vnaquaque secundum proprium modum suum, cum vnicuique sit proprium esse distinctum ab altera. Et ideo ipsa diuina essentia cointellectis diuersis proportionibus rerum ad eam, est Idea vniuscuiusque rei.*

SECTIO VI.

Respondetur alijs aduersariorum argumentis.

31.

Contra id quod diximus sect. 1. non tantum essentiam diuinam ut imitabilem & participabilem a creaturis esse Ideam: sed & ipsasmet cognitiones diuinas de rebus ut operabilibus, opinatur Didacus Ruis disp. 82. sect. 6. & 7.

Ruis.

D. Thom. & SS. Patres non negant cognitiones diuinas esse Ideas.

Ac primo opponit quaedam loca D. Thomae, quorum aliqua tantum dicunt essentiam diuinam, ut imitabilem a creaturis, esse Ideam. Et haec nobis non obsunt: quia ex assertionem vnus non sequitur negatio alterius non impossibile cum illo: Id est ex eo quod S. Doctor affirmet essentiam diuinam ut imitabilem a creaturis esse ideam, male fertur ipsum negasse cognitionem quoque diuinam esse ideam. Alia videntur negare Ideas esse cognitiones, & restringere nomen Ideae ad obiectum cognitum ut imitandum. Cuiusmodi est quod ait S. Thom. quaest. 15. art. 2. ad 2. *Sapientia & ars significatur, ut quo Deus intelligit: sed Idea per quod Deus intelligit.* Quae oppositio B. Thomae non est bona, si Idea est id quoque quo Deus intelligit. Est autem id quo Deus intelligit formaliter, si est ipsa cognitio. Respondeo, oppositionem D. Thomae esse bonam eo sensu, quod sapientia & ars signifi-

cantur tantum ut quo Deus intelligit: sed ea verò significatur etiam ut quod Deus intelligit: id est, sapientia, & ars, sumuntur tantum pro cognitione: Idea verò sumitur non tantum pro cognitione; sed etiam pro obiecto imitabili. Porro ideam sumi etiam pro cognitione ipsa, patet ex verbis D. Thomae proximè sequentibus eodem loco, quae nos paulò ante retulimus num. 19.

Opponit secundò aliqua Patrum testimonia. Praecipuum est illud Augustini lib. octoginta trium quaestionum q. 46. post medium, vbi de Ideis diuinis sic loquitur: *Haec rationes vbi arbitrandum est esse, nisi in ipsa mente Creatoris? Non enim extra se quicquam positum inuebatur, ut secundum hoc constitueret, quod constituerat: hoc enim opinari sacrilegum est.* Verum prima pars huius sententiae D. Augustini nobis potius fauet, cum ait has rationes esse in mente Creatoris. Melius enim & magis proprie id conuenit ipsis cognitionibus, quae sunt formaliter & secundum se in mente cognoscentis, quam obiectis quae non sunt in mente cognoscentis secundum se formaliter: sed tantum metaphoricè & improprie dicuntur esse obiectiue in mente cognoscentis: id est, obijci eas cognitioni. Posterioris verò partis sensus est, nihil fuisse actu existens extra Deum, antequam mundum conderet, in quod Deus intueretur (ut solent artifices in exemplaria seu prototypa actu existentia, & oculis suis obuersantia) & secundum quod constitueret ea quae in mundi creatione constituerat: quod opinari sacrilegum est. Alia quae opponit ex eodem August. lib. 5. de Genesi ad lit. cap. 17. Dionys. cap. 5. de diuin. nominib. Clemens Alexandrino lib. 5. Stromatum, Euseb. lib. 11. de preparatione Evangelica cap. 11. & Maximo in Commentario Dionysij cap. 5. de diuin. nomin. tantum dicunt essentiam diuinam esse Ideam. Ex quo male inferitur ab aduersario cognitionem non esse Ideam. Quia, ut supra monui, affirmare vnum non est negare aliud, si non est cum illo impossibile. Ceterum ex mente Patrum Ideas esse cognitiones ipsas diuinas, quae ac essentiam ut imitabilem, patet ex Dionys. cap. cit. non longe à fine: vbi diuinas ideas vocat praedestinationes: praedestinatio autem est actus intellectus & voluntatis & Damasceno lib. de fide cap. 12. post med. vbi Dionysium imitatus Ideas appellat praedestinationes & imagines, quarum exemplum & expressio, id est, res per eas representata & expressa, in praedefinito tempore fit. Eandemque sententiam tribuit Platoni Cyrillus Alexandrin. lib. 2. contra Iulian. §. videtur, vbi sic ait: *Ideas interduum essentias, & per se subsistent. affirmat Plato: aliquando autem & cogitationes Dei definit.* Eodem sensu intelligi debet Clemens Alexandr. lib. 5. Stromat. §. Nam id quod sperat, cum sic ait: *Idea est Dei intelligentia, seu quod mente diuina intelligitur.* Potest enim particula, seu, diuine intelligi: ita ut sensus sit, Idea est siue Dei intelligentia, siue id quod

à Deo intelligitur.

33. Opponit tertio hanc rationem velut potissimam: Si diuina intelligentia, non ut est formaliter intellectio, sed prout est obiectum speculatum per intellectionem, ut sic est sufficiens & adæquata ratio cognoscendi modum producendi creaturas omnes in particulari ad imitationem & participationem illius; idea erit essentia diuina, non ut est formaliter intellectio, sed prout est obiectum speculatum per intellectionem. Primum autem est verum; ergo & secundum. Minorem probat præcipue quia diuina essentia est obiectum primarium & formale, ratione cuius cogniti sciuntur omnes creaturæ in particulari, & distincte vsque ad vltimas differentias, sciunturque quæcumque veritas ad creaturas pertinetis: adeoque scitur modus producendi illas.

34. Respondeo, essentiam diuinam non tantum prout est obiectum cognitum per intellectionem diuinam, sed etiam prout est formaliter intellectio, esse sufficientem, quamuis non solam, rationem cognoscendi modum producendi creaturas omnes in particulari, ad imitationem illius in representando, ex in ditione Dei operantis: quod sufficit ad rationem Ideæ: quamuis non sit adæquata, id est, sola ratio id cognoscendi: sed hoc etiam præter ipsa essentia diuina cognita ut imitabili, que idcirco Ideæ quoque naturâ habet. Non puto autem esse verum quod essentia diuina sit obiectum formale sciendi omnem veritatem pertinentem ad creaturas. Nam essentia diuina præcisè sumpta nullam habet connexionem necessariam cum veritatibus contingentibus ad creaturas pertinentibus, potuitque esse sine illis, & fuisse, quamuis nulla creaturæ fuissent, aut essent, aut futura essent. At id quod est alteri formale obiectum sciendi, debet habere necessariam connexionem cum illo, ut in vniuersi cogniti cognoscatur aliud certo & infallibiliter. Exempli gratia, in discursu debet esse tanta connexio antecedentis, quod est obiectum formale & motiuum sciendi, cum cõsequente, quod est obiectum materiale; ut impossibile sit antecedens esse verum, & consequens non esse verum. Omnis autem alia scientia, & cognitio assertiua vniuersi, ut aliorum tanquã obiecti formalis, æquiuocet discursui, quoad hoc: debet enim habere, & que cognoscere in obiecto, parem necessitatem & connexionem formalis cum materiali, ut vni propter aliud assertiatur certo, euidenter, & infallibiliter, æque ac scientia. Idque de fide supernaturali cum proportionem verum est. Debet enim cognoscere certam & infallibilem connexionem rei reuelatæ cum reuelatione diuina, ut illi cum summa certitudine & firmitate assertiatur propter reuelationem.

35. Opponit quarto: Essentia diuina, prout à cognitione distinguitur, conueniunt muneribus Ideæ, magis proprie quam diuinæ cognitioni. Primum enim, magis proprie illi conuenit esse formam extrinsecam, quæ deter-

minet formam intrinsecam operis. Nam ipsa cognitio non est forma ut quod, sed, ut quo. Et sicut cognitio bonitatis finis non est causa finalis, sed est conditio qua mediante bonitas exercet officium causæ finalis: sic cognitio essentia prout est participalis à creaturis, non est causa exemplaris; sed est conditio, qua mediante, essentia diuina exercet officium causæ exemplaris. Secundo, ad munus exemplaris pertinet dirigere actionem intellectualis agentis. At intellectio diuina non dirigit ut quod, sed, ut quo: cum sit ipsamet directio. Tertio, Idea est regula & mensura ideari. Sed hoc magis proprie conuenit diuinæ essentia: quia essentia diuina, prout est cognitionis obiectum, est regula & mensura ut quod: ipsa verò cognitio, tantum ut quo. Primum enim in vnoquoque genere, est mensura cæterorum. Quarto, ideis diuinis tribuitur à D. Thom. q. 15. a. 1. in Corp. quod sit principium cognitionis creaturarum. Hoc autem non potest, nisi violenter, intelligi de ipsa cognitione: nihil enim sui ipsius principium est, absque vlla distinctione reali vel rationis. Conuenienter autem intelligitur de obiecto formali, quod determinat ad cognitionem materialium.

36. Ad primum, Respondeo cognitionem diuinam de modo producendi creaturam, tam esse formam extrinsecam creaturæ, quam sit ipsa essentia diuina. Neque enim minus est creaturæ extrinsecam, Et tam est forma id, quod est forma ut quo, id est, velut pars alicuius totius: quam id quod est forma ut quod, id est, velut tota essentia vel natura rei: v. g. non minus proprie anima rationalis est forma, quam humanitas. Est autem differentia inter causam finalem, & exemplarem. Nam cognitioni bonitatis non conuenit definitio causæ finalis, cuius gratia aliquid fit: neque enim operamur cognitionis habenda gratia, quam iam habemus; sed bonitatis assequenda gratia, quam intendimus assequi, & ad hoc media necessaria applicamus. At verò ipsi cognitioni conuenit tota definitio causæ exemplaris recte intellecta, ut ostendimus num. 23.

Ad secundum, nego minorem. Nam potius sola cognitio per se proxime dirigit operationem agentis intellectualis. Nec obest quod sit ipsamet directio, actiua scilicet. Nam idem est dirigere, & esse directionem actiuam: & quicquid per se proxime & formaliter dirigit, est actiua directio.

Ad tertium, Respondeo cognitionem operis faciendi, esse quoque regulam & mensuram ipsius, quatenus fit prodi, & quantum, & quale representatur à cognitione. Distinctio autem ista, ut quod, & ut quo, si in sensu supra explicato intelligatur, simili modo referenda est. Sin autem velit cognitionem non esse id quod mensurat per se, sed tantum esse applicationem mensuræ, quatenus est cognitio essentia diuinæ, quæ sola est proprie mensura: refellitur. Quia cognitio per se ipsam est regula & mensura

Essentia diuina non est obiectum formale sciendi omnino veritatem.

S. Thom.

Ratio Ideæ conuenit etiam diuinæ cognitioni.

STINO
US
part
VI
U.

operis faciendi, quatenus præscribit modum quo facie. dum est, & quantitatem, ac qualitatem perfectionis quam habere debet: Vulgatum verò illud, *Primum in quolibet genere* &c. Sine exclusione intelligendum est. Alia enim, quæ non sunt prima in suo genere, possunt assumi ad mensuram aliorum.

38. Ad quartum, respondeo verba D. Thomæ non integre referri. Nam S. Doctor ibi vult necessarium esse ponere Ideas quantum ad duo: *Vel ut Idea sit exemplar eius cuius dicitur forma: vel ut sit principium cognitionis ipsius, secundum quod forma cognoscibile dicitur esse in cognoscente* &c. Sicut enim, inquit, in agentibus qua agunt per naturam præexistit forma rei sciendæ, secundum esse naturalis: sic in agentibus per intellectum præexistit secundum esse intelligibile. Sicut similitudo domus præexistit in mente adificatoris: & hæc potest dici Idea domus, quia artifex intendit domum assimilare forma quam mente concepit. Quæ verba D. Thomæ, vel ut sit principium cognitionis ipsius, ut bene cohæreant cum probatione subiuncta, debent intelligi hoc sensu, quòd Idea sit principium ipsius cognitionis in sensu intransiuntivo, id est, sit ipsa cognitio principians, vel principium quod est ipsa cognitio rei sciendæ: sicut dicimus, Verbs Romæ, id est, Roma. Quia quod est agentis naturali forma sua naturalis, ut sit principium agendi naturaliter: hoc idem est agentis intellectuali forma intellectualis, ad agendum intellectualiter. Ac sicut forma rei qua fit à causa naturali, debet præexistere in causa secundum esse naturale, in forma similinaturaliter: ita forma rei qua fit ab agente intellectuali, debet in illo præexistere secundum esse intelligibile, in forma simili intentionaliter. Cætera quæ opponit Auctor citatus leuiora sunt: & ex dictis possunt facile solui.

SECTIO VII.

Vtrum scientia visionis sit causa rerum

39.
Explicatur
status
questio-
nis.

Non est sensus questionis vtrum aliqua scientia visionis alicuius rei sit esse causa rei alterius: quo pacto præuisio v. g. meritum, vel boni exitus finalis, est causa exitus Dei det gloriam: & visio quæ Deus habet de seipso ut imitabili à creaturis, concurrat per modum causæ exemplaris formalis, ad earum productionem. Sed sensus est, vtrum scientia visionis quam Deus habet de re aliqua ut existente, quæue illam intuetur ab æterno ut existente in aliqua temporis differentia, sit causa eiusdem rei dirigens Dei voluntatem & omnipotentiam ad illius productionem.

Sententia
affirmans.

Affirmat aliqui recentiores, præsertim Thomista, quos sequitur modernus quidam auctor libri de ordine c. 34. citans in eadem sententiam Hugonem Victor. Magist. sentent.

Ricard. S. Thom. Alexand. Albert. S. Bonavent. & Durandum, eò quòd affirmant res esse futuras, quia sciuntur à Deo. Loquuntur enim, inquit, de scientia possibili coniuncta cum beneplacito Dei, id est, cum decreto eas producendi. Hæc autem est scientia visionis. Ergo &c. Verum errat in ipso limine. Nam scientia de rebus ut possibilibus, & ut possunt à Deo fieri, non est scientia visionis, etiam iuncta Dei decreto de illis producendis: sed scientia de illis ut actu existentibus. Neque vllus Theologorum quos impugnat, negat scientiam illam rebus ut possibilium, iunctam Dei decreto, esse causam creaturarum: sed potius omnes qui accurate & plene hæc de re disputarunt, id discrete affirmant: ut nominatim ille qui præcipue ab ipso impugnatur, Didacus Ruis disp. 15. de scientia Dei sect. 4. & 5.

Communis & vera sententia negat scientiam visionis esse causam rerum, sed scientiam simplicis intelligentiæ de rebus ut possibilibus, conuictam liberæ volitionis, seu decreto de illis producendis. Ita docent S. Thom. locis infra citandis, Magister sententiarum, S. Bonavent. Alensis, Albert. Ricard. Gregor. Ariminen. Aegid. Rom. Argem. Capreol. Bellarm. Molina, Suarez, Vazquez, & plures alij quos refert & sequitur Didac. Ruis disput. cit. sect. 4. n. 13. 14. & 15. probatur primò ex scriptura, quæ de scientia visionis, quam Deus habet circa res creatas, loquitur ut de posteriore quodammodo ad earum productionem. Genes. 1. versu 3. *Dixit Deus, fiat lux, & facta est lux: & vultus Deus lucem quod esset bona. Et versu 31. Vidit Deus cuncta qua fecerat, & erant valde bona.* Quibus verbis significatur imperium quidem efficax, quo Deus res creatas producit, esse prius ipsarum existentiam, velut illius causam: visionem autem subsequi aliquo modo tum imperiū illud diuinū, quod est causa ut existant, & consequenter ut sint obiectū cognoscibile per modum existentis: tum etiam rerum ipsarum productione & existentiam, velut obiectum circa quod diuina scientia versatur, quodque est prius quodammodo scientiæ: non prioritate temporis: nam potius scientia Dei præcedit ab æterno existentiam rerum creaturarum, quæ temporanea est. Neq; etiam causalitate & prioritate naturæ proprietate: quia scientia Dei non causatur ab obiecto creato: sed prioritate rationis, & virtualis causalitatis: eò quòd intellectus diuinus, de se indifferens ad representandum existentiam creaturarum, non existentiam, quippe quæ possunt existere & non existere; determinatur occasionaliter ad representandum illas ut existentes, eò quòd existunt: & ideo res illæ à Deo sciuntur existere, quia existunt: non autem vice versa, existunt quia sciuntur existere. Et scientia quidem visionis ex natura sua exigit obiectū existere, ut illud videat, neque potest videre nisi existat: estque impossibile scientiam illam aliter esse aut concipi. At verò res existens non exigit ex natura sua videri existere, ut existat. Perinde enim existeret, quamuis non videret.

videretur. Unde res existens est independens à visione, illamque nullo modo exigit ex natura sua. Contra, verò scientia visionis pender quodammodo à re existente, quatenus illam exigit necessariò ex natura sua: neque sine illa potest esse aut concipi. Ideoque est inter illas prioritates quædam in subsistendi consequentia: quatenus ex natura ipsius scientiæ bona est hæc illatio, *Res videtur existere; ergo existit*. At hæc non valet, *Res existit: ergo videtur existere*. Non valet, inquam, ex ipsa natura rei existentis: quia res existens non exigit ex ipsa natura sua videtur, ut existat (neque enim res indigent videri existere, ut existant) & si à Deo scitur necessariò existere, id aliunde provenit, & rei accidentarium est. Nempe ex divini intellectus perfectione: non ex ipsiusmet rei exigentia, & necessaria connexione cum tali visione, quasi sine illa per locum intrinsecum esse non possit, neque concipi. At verò scientia visionis necessariò exigit ex ipsa natura sua esse rem quæ videtur. Nam alioqui non potest esse, neque concipi ut scientia, *est*, ut cognitio vera ex natura sua. Cum igitur rei existentia sit independens à visione, & visio non sit prior re existente, sed posterior non est illius causa. Omnis enim causa est prior suo effectu, præsertim verò si est physicè & propriè influens per suum esse realiter existens.

41. Huic authoritati Scripturæ respondet

Explicatur locus Gen. *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erat valde bona.*

Modernus supra cit. cap. 35. numero 2. Cum Deus sit agens per intellectum; eiusque potentia activa non sit alia, quam eius scientia & voluntas, ut sunt principium effectuum rerum omnium; illa ut dirigens, hæc ut imperans: propterea eius dicere & videre, idem esse ac facere: & Deum vidisse lucem, & cuncta quæ fecerat, esse bona; idem esse ac dixisse, & fecisse res bonas, visione scilicet seu scientiâ visionis, quæ eas nullo modo supponit prius factas. Et verbum illud, *fecerat*, nihil amplius importare, quam operum Dei absolutionem, mundique perfectionem.

Sed hæc responsio non satisfacit. Nam Scriptura verbis supra relatis manifestè distinguit dictionem & effectum rerum, ab earum facturam visione: loquiturque de dictione & effectum, ut antecedente visione. Sic enim ait: *Dixitque Deus fiat lux, & facta est lux. Et vidit Deus lucem quod esset bona.* Et versu 31. *Vidit Deus cuncta quæ fecerat*, dicendo scilicet & iubeo ut essent. Itaque prius dixerat. Verbum autem *dicere*, vel significat solum imperium efficax voluntatis: & ita præsupponit cognitionem dirigentem: quæ cognitio, si fuit ipsa visio; ut vult Modernus quem impugnamus, valde præpositè Scriptura loquitur, cum ait: *Dixit Deus, fiat lux, & facta est lux: & vidit Deus lucem quod esset bona*: debebat enim à contrario dicere, *Vidit Deus lucem quod esset bona, & dixit fiat lux*. Vel si significat præter imperium

Tomus I.

efficax voluntatis, actum intellectus prævium, dicentem, id est, exprimentem creaturas efficiendas, dirigentemque Dei voluntatem & omnipotentiam in rerum effectum: iste actus intellectus non fuit visio eadem ut facturam: alioqui Scriptura bis inutiliter idem repetit, cum ait, *Dixit Deus, fiat lux &c. & vidit lucem*; aut perperam eundem actum sibiipso postponit, cum ait, *Deum dixisse ut fieret lux, & lucem factam vidisse*; id est, in sensu istius auctoris, vidisse & vidisse.

42. Probatum secundo, ex sanctis Patribus disertè affirmantibus, rerum existentiam & futuritionem esse quodammodo causam cur à Deo præsciantur esse futuræ: & non ideo esse futuras, quia Deus prænovit esse futuras: sed potius Deum prænovisse quod sint futuræ, quia futuræ sunt. Ita Euseb. lib. 6. de præparat. Euangel. c. 9. inter principium & medium. *Non est, inquit, præcognitio Dei causa futurorum: neque enim ad peccandum quemquam Deus impellit aut movet, sed potius dicendum est, etsi alicui forte videatur absurdum, id quod futurum est, est causa cur Deus prævideat. Non ergo ideo fit, quia præscitur: sed quia futurum erat, præscitur.* Iustin. marty. in lib. questionum ad Orthodoxos, responsione 8. *Nec est prænotio causa eius quod futurum erat: sed quod futurum erat, causa est prænotionis. Non enim prænotionem sequitur res futura, sed rem futuram prænotio. Nec vilia modo qui præscit causa est rei futura. Itaque non Christus causa est prænotionis: sed prænotio causa est prænotionis Domini. Ac de diabolo, & de primo homine eadem est ratio.* Similique modo loquitur Origenes lib. 7. in cap. 8. ad Rom. ubi affirmat, non propterea futurum esse aliquid, quia id scit Deus futurum: sed quia futurum est, præsciri à Deo antequam fiat. Et Chrysostr. hom. 60. in Matth. paulò post initium, ubi asserit, non euenire scandala, idcirco quia prædicta fuerunt: sed è contrario fuisse prædicta distinctis, quia erant euentura. Et Damasc. in dialogo contra Manichæos, versus finem, *Vis Dei præsciens, inquit, à nobis causam haudquaquam habet. At verò quæ ea que facturi sumus præsciat, à nobis proficiuntur. Nam si facturi non essemus, nec ipse quidem quod futurum non esset, præscieret. Et quidem Dei præscientia vera neque involabilis est. Verum ipsa haudquaquam causa est cur omnino fiat id quod futurum est. Quin potius quia hoc vel illud facturi sumus, idcirco præscit.*

42. Probatum ex Patribus scientiam visionis non esse causam rerum. Euseb.

Iustin.

Origen.

Chrysostr.

Damasc.

43. Hieron.

Leo.

Beda.

Similique modo loquuntur & sentiunt Patres Latini. Ut Hieronym. in cap. 26. Hierem. ad illa verba, *Noli subtrahere verbum, si forte audiant: ubi sic habet: Non enim ex eo quod Deus scit futurum aliquid, idcirco futurum est: sed quia futurum est, Deus novit quasi præsciens futurorum.* Et S. Leo serm. 16. de passione cap. 3. *Non præsciendo, inquit, quid faciendum esset, coegit ut fieret, id est, non fuit causa ut fieret.* Et Beda tom. 8. column. 263. editionis Colonienfis, in lib. variarum

Z.

questionem, quæst. 13. Præuitas nostra ab eterno mala in conspectu Dei ex sua nequitia præsentant: Deus illam ad mortem destinavit. Quid ergo? Coegit nos Deus ut mali sibi videremur ab eterno? Absit. Nam potius nos coegimus eum ut nos malos videret. Similia habet August. lib. 3. de libero arbitrio cap. 4. Et Roselinus totum suum librum de concordia præscientiæ, & liberi arbitrii, fundat in hoc principio, Quod Deus ideo præscit futura, quia futura sunt: non contra.

August.
Anselm.

44.
Scientia
visionis
purè con-
templatur
res visas.
ideoque
non im-
ponit necesse-
tatem an-
teceden-
tem ut
sint.

Athanas.

Boët.

Præterea sancti Patres, ut explicent quomodo diuina præscientia non sit causa rerum futurarum, neque libertati creatæ necessitatem antecedentem imponat, hanc rationem afferunt: quia præuisio Dei de rebus futuris eas purè contemplatur, simili nostra visioni corporeæ, quæ purè speculatur obiectum, neque illud vilo modo facit, sed potius supponit quale intuetur. Ita S. Athanas. in serm. de passione & cruce Domini, longe post initium. Si- cuti oculis contuentes in contuendo non fallimur, neque aliter videmus, & aliter res agitur, sed ut agitur videmus, & videmus agitur: ita quoque Prophetæ futura & præsentia cernebant &c. Boët. lib. 5. de consolat. Philosophiæ

profa 6. Scientia quoque eius, inquit, omnem temporis supergressa motionem, in sua manet simplicitate præsentia: infinitaque futuri ac præteriti spatia complectens, omnia quasi iam geruntur, simplici cognitione (id est purè speculatiua) considerat, &c. Quid igitur postulas, ut necessaria fiant qua diuino lumine lustrantur? cum nec homines quidem necessaria sciant esse qua videntur. Non enim qua præsentia cernis, aliquam eis necessitatem tuam addis intuitus. Et paulò post: Ita igitur cuncta despicies diuinus intuitus, qualitatem rerum minime perturbat, apud se quidem præsentium, ad conditionem vero temporis futurarum.

Beda.

Et Beda loco supra citato post S. August. lib. 3. de libero arbitrio cap. 4. comparat Dei præscientiam cum visione oculari, quæ vnus alium iacentem videt. Aitque futura ideo præuideri, quia sunt: & necessitatem sequentem ex hypothesi præuisionis, oriri non à vidente, sed ab eo qui facit. Verbi gratia, inquit, si video iacere aliquem, necesse est ut ille iaceat quem iacere video: aut falsum est quod ego eum iacere video. Et a necessitate à iacente est, aut à vidente? Vtique non à vidente inferitur necessitas ut iaceat, sed ab ipso qui se disposuit ut iaceret.

Ad hæc respondet author cit. cap. 34. num. 3. Patres ita loquutos esse de scientia & cognitione diuina, attendentes rationem scientiæ, cui ut sic non competit ratio causalitatis, sed in quantum habet adiunctam voluntatem efficacem. Alibi qui scientia, quam habet malorum, esset eorum causa. Secundo, Patres hoc loquendi modo indicare tantum voluisse Dei scientiam nihil officere nostræ libertati, nec plus necessitatis in ea, quæ ho-

mines liberè faciunt, inducere, quam visus nosfer inducat in ea quæ cernit, & intuetur. Tertio, cum Patres dicunt Deum præscire aliqua, quia sunt futura, id intelligendum esse secundum rationem consequentiæ, non secundum rationem essendi. Si enim aliqua sunt futura, sequitur, quod Deus ea præscierit: non tamen res futuræ sunt causa, cur Deus sciat. Quarto, inquit, si quid probarent huiusmodi auctoritates, æquè valeret contra scientiam simplicis intelligentiæ. Nam illi sancti Patres dicunt simpliciter non ex eo, quod Deus scit aliquid futurum, idcirco futurum esse: sed quia futurum est, ideo Deum nosse.

Sed contra primam euasione dico primo Sanctos Patres, verbis supra relatis, simpliciter & absolute negare præscientiam, seu visionem rerum, esse illarum causam. At hoc falsum esset, si præscientia, & visio, tamen non sola, sed coniuncta cum voluntate efficaci, esset illarum causa. Nam causa, etiam partialis, & inæquata, est verè & proprie causa. Secundo, Patres comparant Dei præuisionem cum visione nostra oculari, affirmantque non magis esse causam sui obiecti, neque magis res esse futuras, quia Deus illas præuidet. At qui visio nostra ocularis nullo modo est causa eius quod cernit, neque præcisè sumpta, neque cum aliquo adiuncto. Tertio, Patres supra citati ideo afferunt præscientiam Dei non esse causam actuum liberorum, quos præuidet esse futuros, ut explicent quomodo ex parte Dei non imponatur necessitas antecedens causis liberis. At hæc necessitas non minùs imponderetur si Dei præscientia esset causa actuum futurorum, siue sola, & præcisè sumpta, siue cum adiuncto aliquo, id est, cum efficaci voluntate, & decreto de illis producendis, antecedente actionem causæ liberæ. Nihil enim refert siue sola præscientia, siue simul cum efficaci voluntate sit antecedens causa, ex qua necessariò sequatur actus futurus. Tertio, D. Thomas, & alij Theologi, qui dicunt scientiam solam & præcisam non esse causam rerum, hanc rationem afferunt: quia scientia illa est de se inefficax, ut res creatæ fiant, vel non fiant; sint, vel non sint; & ut hæc potius quam illæ producantur: Ideoque debet accedere determinatio voluntatis, & decretum efficax, ut hoc aut illud fiat. At hoc non est verum de scientia visionis, quæ non est indifferens ad hoc ut fiat, & existat illius obiectum; sed ex natura sua determinata est ad illius existentiam, illamque necessariò exigit. Ergo ista non eger determinatione voluntatis, & non est illa, de qua loquuntur Theologi, quamue dicunt esse causam rerum, non solam, sed adiuncto decreto, & determinatione voluntatis diuine.

Refutatur
cur efficiat
sententia
contra

46. Contra secundam evasionem dico, Patres quidem hoc loquendi modo voluisse ostendere prævisionem Dei non officere nostræ libertati, nec plus necessitatis inducere in ea, quæ homines liberè faciunt, quàm visus noster in ea quæ coram intuetur: sed ad hoc ostendendum hanc rationem afferunt, quia Dei prævisio non est causa cur homines sint ea facturi: sed potius quod homines sint illa prævideat. Quæ ratio falsa esset, & inuolida, si vera esset Aduersariorum sententia.

Occurrunt
evasioni.

Neque respondeat Modernus, ad valorem huius rationationis sufficere quod prævisio non sit talis causa, quæ rebus prævisis necessitatem imponat: & hoc solum intendisse Patres supra relatos, quando probarunt res illas liberè euenire, quia Deus non est illarum causa, necessitatem scilicet antecedentem afferens. Contra enim: Primò, Sancti Patres manifestè peterent principium, & nihil probarent, si rationem reddentes, cur Dei prævisio non imponat rebus futuris necessitatem, quia non est illarum causa, nomine causæ intelligerent, causam talem, vt necessitatem antecedentem imponat. Hoc enim esset dicere, Dei prævisionem non imponere necessitatem rebus futuris, tametsi est illarum causa; quia non est causa imponens necessitatem. Quod manifestè est idem per idem probare. Secundò, si prævisio Dei est causa rerum futurarum, adeoque antecedens: non potest verè dici quod non inducat antecedentem necessitatem. Nam prævisione Dei posita, impossibile est non esse id quod prævidetur. Necessitas autem antecedens est illa quæ oritur ex aliquo antecedente operationem, tali, vt eo posito non possit operatio non sequi. Tertiò, Patres dicunt prævisionem Dei esse simplicem notitiam obiecti, & purè speculatiuam, similem nostræ visioni oculari, quæ non immutat obiectum, quod cernit. Ergo intelligunt non esse causam vlllo modo, neque limitant suam rationem ad causam solum necessitantem antecedenter. Quartò denique, Iustinus martyr verbis supra relatis expressè dicit prævisionem Dei nullo modo causam esse rei futuræ.

47. Contra tertiam evasionem dico, sicut ponitur hæc illatio, Si aliqua sunt futura, Deus illa præscit: ita etiam ista, Si Deus præscit aliquid esse futurum, illud est futurum. Ergo Sancti Patres nihil aliud intendunt, quàm significare bonitatem illationis, non debent de vna affirmare, & negare de alia. Atqui sancti Patres expressè dicunt Deum prævidere liberè futura, quia sunt futura: Et negant è contrario esse futura, quia Deus prævidet illa esse futura. Ergo hoc loquendi modo aliquid aliud intendunt quàm bonitatem illationis.

Contra quartam denique dico, Patres manifestè loqui non de scientia simplicis intelligentiæ, id est, de scientia rerum vt possib-

lium: sed de prævisione & scientia futurorum, quæ tali. Dicunt enim res non esse futuras, quia Deus præscit esse futuras, quia prævidet, quia prædixit per se, aut per Prophetas: sed è contrario prævidisse, quia futuræ erant. Quod autem ait D. Thomas quæst. 14. art. 8. ad 1. Origenem dicentem præscire Deum aliqua, quia sunt futura, intelligendum esse secundum causam consequentiæ, non secundum causam essendi: sequitur enim si aliqua sunt futura, quod Deus ea præscierit: non tamen res futuræ sunt causæ quod Deus sciat. Hoc, inquam dicitur à D. Thoma ad excludendam duntaxat veram & propriam rationem causæ inter obiectum, & præscientiam Dei: at non virtualem causalitatem, & antecessorem rationis, siue occasionem, & rationem cur sciat.

S. Thom.

SECTIO VIII.

Probatur amplius vera sententia.

48. Probatur tertio auctoritate D. Thomæ, quæst. 14. art. 16. ad 1. vbi docet scientiam esse causam quorundam quidem actuum, scilicet eorum, quæ secundum aliquod tempus sunt: quorundam verò virtute, scilicet eorum, quæ potest facere, & tamen nunquam fiunt. Ex quibus verbis D. Thomæ sic arguuntur: Scientia eorum, quæ nunquam fiunt, sed tantum possunt fieri, non est scientia visionis. Scientia Dei, quæ est causa rerum, est etiam eorum, quæ nunquam fiunt, & tantum possunt fieri. Ergo scientia Dei, quæ est causa rerum, non est scientia visionis. Maior conceditur ab Aduersarijs. Minor est D. Thomæ, & consequentia est legitima. Deinde idem S. Doctor art. 8. eiusdem quæst. in quo disputat ex professo, an & quomodo scientia Dei sit causa rerum, ait scientiam Dei se habere ad res omnes creatas, sicut idea artificis se habet ad artificiatas. Scientia autem artificis est causa artificiorum, eò quod artifex operatur per suum intellectum. Atqui scientia, quæ in artifice est causa artificiorum non est visio rei iam factæ, sed cognitio illius vt factibilis, & modi, quo efficienda est. Ergo similiter scientia, quæ in Deo est causa rerum, non est visio illarum, vt existentium & factarum: sed cognitio illarum vt possibilium, & modi, quo possunt ab ipso fieri. Confirmatur, quia Deus habet re ipsa scientiam sufficientem ad creanda omnia possibilis, nihilque illi deest præter voluntatem creandi. Atqui Deus non habet scientiam visionis de possibilibus nunquam existentibus. Ergo scientia quæ Deo sufficit ad illa creanda, non est scientia visionis.

S. Thom.

Probatur ex D. Thomæ scientiam visionis non esse causam rerum.

Præterea D. Thomas eodem art. affirmat scientiam diuinam, per quam velut artem

Z.

operatur, esse principium operationis, sicut calor est principium calefactionis. Sed cum hac differentia, quod calor, & alia formae naturales habent per seipsas inclinationem & determinationem sufficientem ad effectum. Scientia verò per quam Deus operatur, non habet de se inclinationem & determinationem ad effectum, sed est indifferens ad opposita: ideoque debet per voluntatem determinari, & non est causa, nisi secundum quod habet coniunctam voluntatem determinantem. Atqui scientia indifferens ad opposita, & eges determinatione voluntatis ad effectum, non est scientia visionis: quippe quae seipsa non est indifferens ut effectus ponatur, vel non ponatur, aut hic potius, quam alius: sed illa posita, est impossibile non poni hunc numero effectum, quem prauidet: Est enim impossibile aliquid à Deo prauideri esse futurum, & non esse futurum. Neque eget determinatione voluntatis ad operationem: cum ex seipsa tam sit illi deiuincta, ut sit penitus impossibile talem scientiam esse in Deo, & non sequi operationem, quam prauidet. Ergo scientia, per quam Deus operatur, non est prauius effectus futuri, sed scientia simplicis intelligentiae, quae Deus nouit effectum illum ut possibilem: quia scientia est indifferens ad opposita, ad hoc scilicet, ut effectus ponatur, aut non ponatur: egetque determinatione voluntatis, illum causet re ipsa.

30.
Resellit
causio.

Respondeo Auctorem libri de Ordine c. 35. n. 2. D. Thomam loqui de scientia sumpta absolute, & precise tum à determinatione voluntatis, tum à scientia & simplicis intelligentiae, & visionis. Sic enim tantum est indifferens ad opposita. Cum neque scientia visionis se habeat ad opposita, sed sit determinata ad vnum, nempe ad id, quod existit à se, & à voluntate sibi adiuncta: neque etiam scientia simplicis intelligentiae sit indifferens ad opposita, quia per notionem est determinata ad ea, quae nec sunt, nec erunt, nec fuerunt. Igitur determinatio voluntatis non obstat quo minus scientia visionis sit causa rerum, sed potius ad id omnino necessaria est: quia scientia Dei cum voluntate coniuncta, & magis dirigens, non est alia quam scientia visionis.

Verum hic Auctor male definit scientiam visionis, & scientiam simplicis intelligentiae. Nam, ut ostendimus sect. 3. n. 16. Scientia visionis est sola illa, quae Deus intuetur re existentem ut talem, versaturque circa suum obiectum, ut praesens actus secundum suam realem existentiam: simili modo, quo visio corporea, ex qua nomen visionis ad spiritalem, & diuinam transfertur, versatur circa rem visam. Scientia verò simplicis intelligentiae est omnino alia, quae non terminatur ad obiectum existens veritale. Ex quo fit, ut diuisio illa sit adaequata: & non possit diuina scientia praescindere ab vtroque membro diuisionis, nisi praecisione generica. Hinc etiam fit, ut scientia simplicis intel-

Scientia
visionis &
simplicis
intelligen-
tia quid
sint, &
quod obic-
tum ha-
beant?

lignitiae non sit tantum de illis, quae numquam sunt, fuerunt, vel erunt: sed etiam de existentibus, consideratis ut possibilibus, secundum praedicata essentialia, vel absolute necessaria, prout abstrahunt ab existentia. Hinc denique fit, ut scientia visionis differat à scientia possibilium, non extrinsece tantum ex sola adiunctione voluntatis, seu decreti diuini: sed intrinsece, & per se, ex proprio pendendi modo ad diuersum statum obiecti, & diuersam de illo veritatem. Cum vna tendat ad suum obiectum consideratum ut possibile: altera verò tendat ad obiectum ut coram existens. Vna cognoscat hanc veritatem, Petrus verbigratia est possibilis: altera istam, Petrus existit. Est autem manifestum hanc veritatem, Petrus est possibilis, differre ab ista, Petrus existit. Quare falsum est, scientiam visionis nihil esse aliud, quam scientiam rei, ut possibilis, cum voluntate coniunctam, eamque dirigentem. Nam scientia ista verè & proprie loquendo est scientia simplicis intelligentiae, tendens in obiectum consideratum ut possibile, seu factibile, & eligibile à voluntate: & in modum, quo potest ab ipsa fieri. Quae scientia est ratione & virtuali causalitate prior electione, & determinatione voluntatis. Visio autem eiusdem obiecti, est cognitio illius ut futuri vi illius electionis & determinationis, seu decreti voluntatis diuinae, tendens in illud ut existens in aliqua temporis differentia, & supponens decretum voluntatis, vi cuius exiturum est. Itaque scientia huius obiecti duplex est. Vna, prior decreto voluntatis, tanquam illud dirigens & praesupposita, electioni liberae de creando, vel non creando: Et haec versatur circa rem ut factibilem, & eligibilem, vocaturque scientia simplicis intelligentiae. Altera est posterior decreto voluntatis, vi cuius decreti res est exitura, & vi cuius obiectum sit cognoscibile ut exiturum. Et haec versatur circa obiectum ut exiturum, & circa illius existentiam ut praesentem actualiter in aliqua temporis differentia, vocaturque scientia visionis, quam secundam scientiam male negat auctor cit. aut perperam confundit cum priori.

Probat quod duplici ratione, ostendit alijs quae expendendo Scripturae, Patrum, & Thomae testimonia, tacta sunt. Prima & à priori est, quia scientia simplicis intelligentiae de rebus ut possibilibus, abstracta ab omni prauiusione earundem ut futurarum, habet quiddam necessarium est ex parte intellectus diuini, ut possint à Deo causari, accedere voluntatis decreto, & applicatione omnipotentiae. Contra verò, prauiusio rerum ut futurarum id non habet. Ergo scientia simplicis intelligentiae est causa rerum, non autem earum prauiusio. Prima pars antecedentis probatur, quia scientia illa ostendit Deo res illas esse possibile, & modum quo ab ipso fieri

510
Probatur
ratione
scientiam
simplicis
intelligen-
tia esse
causam
rerum
autem
visionis.

possunt, non solum physice, verum etiam bene moraliter, & convenienter suae sapientiae. Hoc autem sufficit vt voluntas possit velle eas producere, & omnipotentiam applicare ad producendum. Ergo ex parte intellectus diuini nihil aliud requiritur. Secunda vero pars eiusdem antecedentis probatur, quia scientia necessaria ex parte intellectus diuini ad cauendum, est illa quae dirigit liberam eius electionem, seu voluntatem producendi, proponendo illi obiectum eligibile. Ergo haec scientia debet esse ratione prior electione. Est enim ratione prius obiectum cognosci vt eligibile, quam liberè eligi: cum vna conditionibus praerequisitis ad liberè eligendum, sit cognitio & propositio obiecti eligibilis. Atqui scientia visionis non est prior electione, sed potius est ratione posterior: quippe vt cuius, eius obiectum constituitur in esse cognoscibilis per scientiam visionis, id est, in esse futuri, ac proinde in esse cognoscibilis tanquam futuri. Ergo scientia visionis non habet quid necessarium est ex parte intellectus diuini vt possit causare. Caret enim prioritate illa necessaria vt voluntatè dirigat. Confirmatur, quia scientia visionis non proponit voluntati obiectum vt eligibile, sed representat illud vt electum, & prout exitum vi electionis diuinae voluntatis.

52. Altera ratio à posteriori, & ab absurdo, est quia si scientia visionis est causa rerum, imponit antecedentem necessitatem rebus futuris, ac proinde evertit libertatem voluntatis creatae. Probatur, quia Dei prauiusio de nostris operationibus futuris, est prior illis, cum sit illarum causa, & nullo modo nulla ratione illas praesupponat, vt saepius docet Aduersarius cap. cit. Et est illa per quam Deus concurret cum voluntate creata ad operandum, vt affirmat ibidem. Ergo est vnum de praerequisitis vt voluntas creata operetur, quippe quae sine Deo concurrente nihil potest operari. Atqui illa posita, voluntas creata non potest non operari: quia non potest componere negationem operationis cum prauiusione diuinae operationis futurae, quae prauiusio est necessariò vera, & non est vera nisi operatio futura sit. Ergo voluntas creata non est libera, quia non est talis vt positis omnibus praerequisitis ad operandum, possit operari vel non operari, si velit, & componere negationem operationis cum omnibus antecedenter necessarijs & sufficientibus ad operandum. Confirmatur, quia necessitas operandi quae diuine iniicitur voluntati creatae, independenter omni ab ipsa, quaeque non ipsa facit, sed ab alijs patitur, tollit manifestè dominium illius in suos actus, & potestatem determinandi seipsam prout voluerit. Atqui necessitas imposita voluntati creatae à prauiusione diuina, est huiusmodi, iuxta doctrinam Aduersarij. Ergo tollit dominium voluntatis creatae in suos actus, in quo dominio eiusque exercitio consistit libertas.

53. Priori rationi nihil aliud respondet aduersarius c. 35. n. 8. nisi scientiam simplicis iq-

telligentiae nullo modo priorem esse Dei decreto de re futura: cum nullius rei sit idea, eiusque obiectum solum sit id quod ita est factibile, vt nunquam faciendum sit. Posteriori vero respondet n. 8. negando sequela. Imo, inquit, haec sola scientia ponit, datur, & cōseruat libertatem: sola facit vt actiones humanae non solum sint, sed etiam sint liberae, sicutque cum indifferentia à voluntate nostra, cum per eam Deus operetur omne ens, omnesque modos entis, de quorum numero est libertas actionum, & contingencia rerum. Quam doctrinam repetit, & pluribus verbis exponit c. 41. n. 3. quorum summa est, sufficere ad conciliandam libertatem creatam cum Dei praescientia, dicere, quod Deus nouit perfectissime omne ens creatum, & omnes modos cuiusque entis, libertatis seu contingenciae, vel necessitatis, &c. ac proinde nouit perfectissime operationes liberas creatae voluntatis, & modum quo libere efficiendae sunt, simulque nouit ipsam esse liberè operaturam. Hoc enim posito voluntas liberè operabitur sine dubio, cum Dei praescientia falli non possit.

54. Verum prior responsio procedit ex falsa acceptione scientiae simplicis intelligentiae, quae non solum est de rebus nunquam existentibus, sed etiam de illis quae existunt, consideratis vt possibilibus & factibilibus. Quae scientia est ratione prior decreto faciendi, & dandi illis existentiam: & consequenter est etiam prior scientia visionis, quae cadit in illas vt faciendas, & vt existentes in aliqua temporis differentia. Posterior responsio, sumpta ex Thomae, friuola est & insufficientis. Deus enim non cognoscit res creatas, & earum omnes modos, nisi eo modo quo sunt aut possibiles sunt. Ergo non cognoscit voluntatem creatam esse liberè operaturam, aut posse liberè operari, nisi eo modo quo liberè operatura est, aut quo potest liberè operari. Atqui non est liberè operatura, nisi futura sit in eo statu vt positis omnibus praerequisitis ad operandum, possit non operari. Neque potest liberè operari, nisi habeat antecedenter talem indifferentiam & dominium in suum actum. Ergo nisi Deus prauideat illam ita se habentem, non prauidet illam esse liberè operaturam. At hoc non prauidet, si eius prauiusio circa operationem futuram est vnum ex praerequisitis, vt voluntas creata sit complete potens ad operandum: si quidem illa posita, non potest voluntas non operari: atque ita non est in statu indifferenti ad non operandum positis omnibus praerequisitis ad operationem. Est autem Dei prauiusio vnum ex praerequisitis ad operationem, si est illa per quam Deus vult concurrere cum voluntate creata, vt docet Aduersarius.

SECTIO. IX.

Saluantur argumenta contraria sententiae.

55. Primum eiusdem moderni argumentum contra nostram & communem sententiam. Primum Argumentum.

Z. 3.

August. Eiam sumitur ex quorundam SS. Patrum testimonijs: vt D. August. cap. vlt. suarum Confess. vbi sic ait: *Nos itaque ista qua fecisti videmus, quia sunt. Tu autem quia vides, ea sunt.* Et lib. 6. de Trinit. cap. 10. *Non hoc quia creata sunt, ideo sciuntur à Deo quia facta sunt: ac non potius ideo facta sunt vel mutabilia, quia immutabiliter à Deo sciuntur.* Et lib. 15. c. 13. *Uniuersas creaturas suas, & spirituales, & corporales, non quia sunt ideo nouit, sed ideo sunt quia nouit. Non enim nesciuit qua fuerat creaturus. Quia ergo sciuit, creauit; non quia creauit sciuit.* Et Gregor. lib. 20. Moral. c. 23. alias 24. *Qua sunt, inquit, non ab aternitate eius ideo videntur, quia sunt: sed ideo sunt quia videntur.* Et lib. 32. c. 6. *Non-existentia videndo creat, existentia videndo continet. Quicquid ergo Creator non videt, essentia subsistendi caret.* Hæc modernus cap. 34. num. 4.

Explican-
tur partes
qui dicere
videntur
scientiam
visionis
de cau-
sam rei. n.
S. Thom.
56.
Secundum
argumen-
tum.

Respondeo, S. August. primo loco citato sumere verbum, *videre*, latius pro cognoscere clarè & distinctè. Sic enim sæpe sumitur ab August. alijsque Patribus, & in vulgari modo loquendi. Eodemque sensu D. Thomas quaest. 2. de verit. art. 9. ad 3. asserit nihil prohibere aliquando omnem scientiam diuinam visionem dici; aliquando verò solam illam quæ est præsentium; præteritorum, & futurorum. Deus autem clarè & distinctè cognoscit (& eatenus videt) quæcunque scit per scientiam simplicis intelligentiæ; & quia cognoscit, potest illa producere si velit; ac se, ipsi producit si accedat voluntas efficax producendi. Neque D. August. intendit aliud loco citato quàm ostendere discrimen inter scientiam Dei, & nostram; quod nostra pendet à rebus coram existentibus, & ab illis causatur: Deus autem nouit res antequam sint; & per suam notitiam facit vt sint. Quòdque loquatur August. de scientia simplicis intelligentiæ, patet, quia loquitur ibi de scientia quam Deus habet naturaliter, & necessariò vt sit peritus rerum artifex, & per quam Verbum diuinum constituitur in esse Verbi. Hæc autem non est visio futurorum, aut creaturarum vt existentium, quæ contingens est. In secundo & tertio testimonio D. Augustinus non vtitur verbo videndi, sed sciendi & noscendi: loquiturque similiter de scientia & notitia simplicis intelligentiæ. De qua eadem, iuncto decreto voluntatis, loquitur etiam S. Gregor. vtroque loco citato: & postremorum eius verborum sensus est, quidquid Creator non cognoscit scientiâ coniunctâ decreto efficaci, caret essentia subsistendi. Huic responsioni nihil opponit aduersarius vllius momenti.

Secundum
argumen-
tum.

Secundum eius argumentum est huiusmodi: Impossibile est scientiam vllam eius rei esse causam, quam non cognoscit, & cuius non est idea. At scientia simplicis intelligentiæ nullius rei creatæ est idea, sed sola scientia visionis. Definitur enim scientia simplicis intelligentiæ, cognitio

eorum quæ nec sunt, nec fuerunt, nec erunt vnquam: atque adeo quorum Deus nec fuit, nec est, nec erit causa. Respondeo concessa maiore, nego minorem. Scientia enim simplicis intelligentiæ, adæquatè sumpta, latius patet quàm scientia non existentium: neque à D. Thoma, & ab alijs rectè sententibus ita definitur, vt ostendimus sect. 3. huius disput. numero 16. Et Aduersarius ipse cap. 23. num. 5. fatetur scientiam simplicis intelligentiæ dupliciter accipi posse. Primò, pro scientia non existentium tantum. Secundò, latius pro scientia rerum, siue existentium, siue non-existentium, prout dicit tantum cognitionem creaturarum secundum suam quidditatem & essentiam, præscindendo ab eo quòd sint, vel non sint actu; atque adeo vt tantum sunt possibiles, & non implicant contradictionem. Hoc autem secundo modo loquuntur de scientia simplicis intelligentiæ Didacus Ruis, & alij nostræ sententiæ assertores, in quaest. præsentis, Vtrū sit causa rerum à Deo creatarum, scientia visionis, an scientia simplicis intelligentiæ? vt agnoscit ipsemet Aduersarius c. cit. n. 8. Quare frustra quaestionem ipse trahit in alium sensum, & idolum sibi fingit quod impugnet.

Tertium argumentum: Distinctio duplicis illius scientiæ est solum ex parte obiecti, non ex parte Dei, vt notat S. Thom. quaest. 2. de veritate, art. 9. ad 2. Atqui si scientia simplicis intelligentiæ est causa eorum quæ sunt, fuerunt & erunt, idem erit obiectum vtriusque scientiæ. Respondeo, transeat maior, distingo minorem. Idem erit obiectum quoad rem ipsam quæ scitur per scientiam simplicis intelligentiæ, prout est possibilis; & per scientiam visionis, prout est existens; concedo. Idem erit obiectum quoad statum essendi, & quoad veritatem quæ de illo cognoscitur, nego. Nam per scientiam simplicis intelligentiæ cognoscitur res vt possibilis: & per visionem, cognoscitur vt existens. Status autem possibilitatis est diuersus à statu existentis: & prior est independens à decreto libero diuinæ voluntatis: secus autem posterior. Alia quoque veritas est quòd res aliqua sit possibilis, id est, possit existere: alia, quòd actu existat. Sensus autem D. Thomæ loco citato est, quòd vel scientia simplicis intelligentiæ, strictius sumpta, quàm in præsentis, pro notitia non existentium tantum, habeat obiectum realiter diuersum à scientia visionis, quæ tantum est de existentibus; quòdque non sit realis distinctio inter has scientias ex parte Dei qui omnia nouit actu simplicissimo, sed ex parte obiectorum duntaxat. Vel etiam quòd scientia simplicis intelligentiæ rei vt possibilis, differat in re à visione eiusdem rei vt existentis, non ex parte Dei, sed ex parte obiecti: quia prior versatur circa essentiam, poste-

rior, circa existentiam: essentia vero & existentia distinguuntur à parte rei iuxta doctrinam D. Thomæ. Quamvis autem scientia simplicis intelligentiæ rei ut possibilis, & visio eiusdem ut existentis, non differant in re ex parte Dei: differunt tamen ratione: quia sunt notitia diuersarum veritatum, & obiecti prout diuerso modo se habentis; & vna est prior decreto libero diuinæ voluntatis, tanquam illud supponens, & ab illo accipiens suum obiectum.

8
Quartum argumentum: Per eandem scientiam Deus res omnes facit, per quam illas conseruat & tenet in esse: cum conseruatio nihil aliud sit, quam continua rei iam existentis productio. At conseruat eas per scientiam visionis. Quid enim aliud præstet ne sit otiosa? Respondeo concessa maiore, nego minorem. Sicut enim Deus res producit non per scientiam quâ videt illas productas & existentes, sed per eam quâ cognoscit illas ut possibiles produci & existere: ita easdem conseruat non per scientiam quâ eas videt ut se conseruatas, & ut persistentes in esse: sed per eam quâ nouit quomodo possunt conseruari & persistere, accedente decreto efficaci voluntatis. Scientia autem visionis Deo præstat ut cognoscat creaturas non solum ut possibiles, & secundum prædicata essentialia, sed etiam ut existentes, & secundum actualem existentiam. Fallitur autem modernus, si putat nullam esse Dei scientiam circa creaturas, nisi practica & operatiuam.

59
Argumentum quintum, sextum, & septimum: Quintum & sextum argumentum laborant eodem vitio, quo primum supra refutatum. Procedunt enim ex falsa imaginatione quod scientia simplicis intelligentiæ sit tantum de nunquam existentibus. Septimum vero sic proponit num. 8. cap. cit. Fatentur aduersarii scientiam diuinam, coniunctam cum decreto voluntatis diuinæ de re aliqua facienda, causam illius esse. At hæc scientia alia non est, quam visionis. Nam scientia Dei, licet ut concipitur præcisa à voluntate, eiusque directiua, ut ita dicam, in actu primo, sit tantum scientia præcisionis siue possibilitum, sitque ratione prior decreto voluntatis: tamen ut est coniuncta cum voluntate, eiusque directiua in actu secundo, & cum ea operatur omnia, scientia visionis est: quia tunc est scientia eorum quæ sunt, fuerunt & erunt. Sicut quando coniungitur cum decreto negatiuo, hoc est, cum nolitione producendi ea quæ repræsentat, est scientia simplicis intelligentiæ, ut vel ipsi Aduersarii docent. Respondeo, illud quoque argumentum procedere ex mala definitione scientiæ simplicis intelligentiæ, & ignorantia doctrinæ quam impugnat. Nam iuxta nostram doctrinam, & a priorum qui nobiscum sentiunt, scientia illa quæ ratione præcedit decretum diuinæ

voluntatis de rebus producendis, est scientia simplicis intelligentiæ, etiam prout coniuncta illi decreto, illudque actu dirigens: cum sit cognitio de rebus ut possibilibus, & eligibilibus ut producantur vel non producantur. Scientia vero visionis est illa quæ versatur circa res ut existentes, vel ut existuras vi eiusdem decreti, quod ipsa non dirigit, sed supponit.

Octauum argumentum magis ad rem facit, & sic ab illo proponitur num. 9. Si scientia simplicis intelligentiæ est causa rerum, frustra erit scientia visionis. Cui enim vsui fuerit, aut quæ eius necessitas? Respondeo, vsus & necessitatem huius scientiæ esse, ut Deus nullam ignoret veritatem, sciatque creaturam existere, quæ verè existit. Differt enim hæc veritas, Petrus existit v. g. ab ista, Petrus est possibilis: & non attingitur per scientiam simplicis intelligentiæ, quæ præcisa cadit in Petrum ut possibilem. At (inquit num. 10.) si scientia visionis superadditur scientiæ simplicis intelligentiæ de eadem re, ut volunt aduersarii: omnino duplicatur, vel augetur scientia Dei, quod est contra D. August. lib. 11. de ciuit. cap. 21. sic aientem: *Ibi vidit bonum esse quod fecit, ubi bonum esse vidit ut faceret: nec quia factum vidit, scientiam duplicauit, vel ex aliqua parte auxit.* Respondeo, sensum D. Augustini esse quod Deus per mundi creationem, in tempore factam, non acquisierit scientiam de modo, quam antea non haberet: sed quod viderit ab æterno æquè perfecte, quidquid creauit in tempore: Ut indicant verba immediate sequentia: *Tanquam minoris scientia fuerit priusquam faceret quod videret: qui tam perfecte non operaretur, nisi itaq; perfectâ scientiâ, cui nihil ex eius operibus adderetur.* Non verò negat D. Augustinus scientiam Dei posse ac debere distingui ratione: & scientiam rerum ut possibilium, planè necessariam, & independentem ab omni decreto libero diuinæ voluntatis, esse priorè ratione scientiæ visionis rerum creaturarum ut existentium, quæ scientia libera, seu contingens est, & supponit decretum liberum, vi cuius illæ constituuntur in esse obiecti cognoscibilis ut existentis. Fallitur autem prædictus auctor cum ait cap. 13. num. 6. scientiam visionis, supra scientiam claræ obiecti, qualis est simplicis intelligentiæ, superaddere tantum relationem coexistentiæ cum suo obiecto. Nam superaddit noticiam distinctæ veritatis: ita ut si per impossibile res existeret, Deo manente in sola scientia simplicis intelligentiæ, seu noticiæ rei ut possibilis: esset coexistentia obiecti, & tamen non esset notitia illius ut actu existentis, quæ est scientia visionis.

Addunt quidam alij nomum hoc argumentum: Scientia Dei quæ est causa rerum, debet esse libera: potuit enim non esse causa rerum, sicut res creata potuit

Octauum argum.

August.

modi d.

91
Nouum argum.

runt non creati. Et consequenter præsupponit decretum liberum diuinæ voluntatis. Sed in Deo sola scientia visionis est libera, & præsupponit decretum liberum diuinæ voluntatis. Ergo sola scientia visionis est causa rerum. Confirmatur, quia si scientia Dei necessaria, quæ dicitur simplicis intelligentiæ, esset causa rerum, sequeretur hanc causalem esse veram, Res erunt quia Deus eas cognoscit naturaliter & necessarid per scientiam simplicis intelligentiæ. Ac proinde res intelligerentur esse futura ante omne decretum diuinæ voluntatis, id est, independenter ab illo, & vi scientiæ naturalis, ratione prioris. Item cum scientia Dei necessaria, siue simplicis intelligentiæ, se habeat æqualiter & indifferentè ad existentiam huius aut illius creaturæ possibilis: si illa esset causa rerum, non potius hanc creaturam produxisset, quam aliam. Respondeo, scientiam Dei quæ est causa rerum, esse liberam, non secundum se, sed quoad adiunctionem decreti liberi diuinæ voluntatis, sine quo non est completè & adæquate causa: sine quo etiam non est verum res esse futuras: & per quod denique determinatur ad producendam hanc creaturam potius quam aliam.

62
D. Thom.
Decimum
argumen-
tum.

Opponit vltimus prædictus auctor, D. Thomam 1. part. quæst. 14. art. 16. dicere, scientiam simplicis intelligentiæ esse speculatiuam, & non practicam. At scientia quæ est causa rerum, est practica. Ergo scientia simplicis intelligentiæ non est causa rerum, sed scientia visionis. Item ex D. Thom. quæst. 14. art. 8. c. scientia quæ est causa rerum, est inclinata & determinata ad opus, subsequiturque decretum Dei liberum, per quod ad opus inclinatur. Atqui scientia simplicis intelligentiæ, non est determinata ad opus, neque subsequitur, sed potius ratione præcedit decretum Dei liberum. Rursus ibidem ad tertiam, scientia Dei est prior, inquit, quam res naturales, & mensura ipsarum. Hoc autem debet intelligi de quacunque scientia Dei circa creaturas, vt sic independens ab illis. Ergo & de scientia visionis, Ac proinde ista est prior quam res visæ, estque illarum mensura.

Ad primum Respondeo, D. Thom. vt manifestè patet ex illius verbis, affirmat locis citatis, scientiam simplicis intelligentiæ de rebus possibilibus esse practicam secundum quid, id est, secundum modum sciendi, quatenus est de re operabili, prout operabili: licet non sit practica simpliciter, & secundum finem, id est, secundum intentionem cognoscens & relationem ad opus & exercitium, nisi accedente decreto voluntatis, sine quo fit in sola rei cognitione, & non procedit ad opus. Quod hoc exemplo declarat, S. Doctor ibidem. Si quis edificator consideret qualiter posset fieri aliqua domus, non ordinans ad finem operationis, sed ad cognoscendum tantum, erit quantum

ad finem speculatiua consideratio: quia scilicet non illam ordinat ad operandum: tamen de re operabilis: & eatenus practica, ratione obiecti, & modi cognoscendi. Ad secundum respondeo, D. Thomam non asserere scientiam, quæ est causa rerum, subsequi decretum Dei liberum: sed tantum affirmare scientiam Dei non esse causam rerum sine decreto voluntatis per quod inclinatur & determinatur ad operandum, cum alioqui sit de se indifferens vt res cognita fiat, vel non fiat. Quod manifestè debet intelligi de scientia simplicis intelligentiæ. Nam scientia visionis non est de se indifferens vt res cognita fiat vel non fiat: sed necessarid & determinatè postulat vt fiat id quod faciendum esse cognoscit, neque aliter potest esse illius prouiso. Ad tertium respondeo, D. Thomam ibi etiam loqui de scientia simplicis intelligentiæ. Nam comparat scientiam, de qua loquitur, cum scientia artificis, quæ vtitur & dirigitur ad domum edificandam, quæque est causa & mensura edificij. Hæc autem scientia non est visio domus iam factæ, sed illius cognitio vt factibilis.

Porro diuina scientia visionis non pendet à rebus futuris proprie loquendo, vt nostra pendet à rebus visis per earum species, aut physicam ipsarum determinationem obiectiuam: neque est illis posterior reali posterioritate, & dependentia physica: sed rationis tantum & virtuali: quatenus intellectus diuinus, qui de se indifferens est ad representandam aut non representandam existentiam creaturarum, quæ possunt esse & non esse: neque potest illas representare vt existentes, nisi existant: aut non representare vt existentes, si existant: determinatur ab ipsa rerum existentia ad eas representandas vt existentes, potius quam vt non existentes. Quod maxime verum habet in actibus liberis creaturarum, qui neque in causa libera, neque in vilo alio antecedente ad illos se habente, possunt certè & infallibiliter cognosci. Cum positis omnibus antecedentibus, possint adhuc existere, & non existere. Ideoque intellectus diuinus non potest occasionaliter determinari ad illorum cognitionem, à causa libera, vel ab aliis antecedentibus: sed debet primò determinari ab ipsismet actibus, vt actu existentibus in aliqua temporis differentia, & seipsos diuinæ intelligentiæ, veluti speculo, obijcientibus. Effectus verò necessarid futuri, vi causarum necessarid operandium, possunt non modo in seipsis cognosci infallibiliter, verum etiam in ipsis causis adæquate sumptis. Attamen præscientia de illis vt futuris, non potest esse vna de huiusmodi causis. Nam hæc præscientia supponit tanquam medium cognoscendi, omnes causas effectus futuri adæquate sumptas. Ergo supponeret seipsam, si ipsa esset vna de illis causis: & ipsa esset sibi metipsum medium cognoscendi.

64. Dixi autem, existentiam rerū determinare occasionaliter intellectum diuinum: quia illa determinatio diuini intellectus à rebus existentibus in eo solum consistit, quod ipsa diuino intellectui, de se indifferenti, & egenti determinatione ad existentiam representandam, potius quam non-existentiam, præbent seipsis, & sua ipsarum existentia, occasionem representandi hoc potius quam illud, hoc ipso quod verè existunt, aut verè exitura sunt. Vis autem illas cognoscendi certò & infallibiliter vt existentes, posito quod existant vel exitura sint, non prouenit à rebus ipsis, sed est in Deo perfectissimè à seipso: quippe qui suā intelligentiā infinitā vim habet intelligendi omne verum, & necessariò representat vnumquodque sicuti est, ad instar speculi representatiōis necessariò quidquid illi obijctur. Loquor autem de rebus creatis vt existentibus. Nam vt possibles sunt, non determinat intellectum diuinum ad sui cognitionem, sed ipse à seipso est essentialiter determinatus, & eam illis, vt talibus, necessariò connexus per intelligentiam, æquè ac per omnipotentiam. Imò non sunt possibles, nisi quia possunt à Deo fieri per eius intelligentiam, voluntatem, & omnipotentiam: quatenus scilicet illas cognoscit esse possibles, & modum quo possibles sunt, potestque sua voluntate & omnipotentia illas producere. Alia quoque est ratio de visione personarum diuinarum, quæ absoluta necessitate existunt: & ad quarum visionem intellectus diuinus naturali necessitate determinatus est: ideoque non illas præsupponit vt ratione prius existentes, & determinantes ad sui visionem.

65. Addunt aliqui Recentiores eruditi, dependentiam quam habet diuina præscientia ab obiecto liberè futuro, esse, quod cum liberum arbitrium creatum habeat perfectum dominium suæ actionis, & ab eo prorsus pendeat an futurus sit, aut non sit eius consensus: ad hoc vt Deus sciat consensum liberi arbitrij, oportet quod Deus quasi intersit consilio & deliberationi suæ creaturæ. Atqui quod Deus egeat interesse illi deliberationi futuræ ad hoc vt illam sciat, est aliquo modo ab ea pendere. Nam quisquis alio eget, aliquo modo pendet ab eo. Verumtamen quia aliunde Deus illi suæ indigentia non alieno auxilio, vltio modo, sed per suam virtutem infinitam medetur, non est propriè dependentia ab obiecto creato: sed virtualis quædam ac rationis dependentia, id est, ali-

quo modo æquiualens actuali. Medetur autem illi indigentia per seipsum: quia habet priuilegio suæ æternitatis necessario, vt ab æterno intersit omnibus deliberationibus creaturarum. Itaque (inquiunt) vt Deus præsciat quid creatura sit liberè factura, oportet Deum ab æterno quasi adesse immediatè actuali deliberationis causæ liberæ. Quæ necessitas, quam Deus habet interessendi deliberationi causæ liberæ vt eam præsciat, aliquid est aliud, quam dumtaxat Dei præscientiam de eo quod causa libera est factura, non posse esse, nisi factura sit. Hæc illi. Quæ vera esse non puto.

66. Primò, quia si Deus habet talem dependentiam vt præsciat futura libera: non potest præscire futura conditionatè, quæ nunquam erunt. Neque enim potuit ab æterno interesse deliberationi quæ nunquam erit. Secundò, cum deliberatio temporanea creaturæ non fuerit ab æterno, Deus non illi interfuit ab æterno: neque aliter illam præsentem habuit, quam obiectiuè, id est, præsciuit illam fore aliquando sibi præsentem actuali existentia. Dicere autem Deum dependere ab illa præsentia obiectiua, vt præsciat, est dicere præscientiam pendere à seipsa. Nam esse præsens hoc modo, nihil est aliud quam præciri. Tertiò, dicere Deum mederi illi indigentia per seipsum, quia priuilegio suæ æternitatis habet vt ab æterno intersit necessariò omnibus deliberationibus creaturarum, nihil est aliud iuxta rei veritatem, & istorummet Recentiorum doctrinam, quam Deum priuilegio suæ infinitæ perfectiōnis tam esse potentem, & sufficientem seipso, ad cognoscendum quidquid fit in tempore; atque nos sumus, quando illa actuali existentia cedimus, & Deum habere per infinitam virtutem suæ intelligentiæ, quidquid nos habemus per existentiam & determinationem physicam obiectorum, vel per eorum species ab ipsis impressas. Hoc autem est dicere Deum non egere alio, quam vt res sint futuræ: quia aliunde habet ex seipso virtutem perfectam & sufficientem ad cognoscendum quidquid erit, & quidquid quomodocunque verum est. Itaque malè Recentiores illi asserunt hanc indigentiam, vel dependentiam virtualem, vt ipsi loquuntur, aliud esse, quam quod præscientia requirat obiectum esse futurum: & præscientiam de eo quod creatura liberè factura est, non posse esse nisi factura sit. Et hætenus de scientia Dei, eiusque diuisionibus dictum sit.